IOannes. V. vxorem duxerat Vlyſsipone ciuitate Luſitaniæ inſigni. Vnde relicta ea, duobuſq́ ex ipſa liberis, Romã venit. Ibiq́ cognita quadam alia, cum ea in hanc celebrem Hiſpalim vrbem venit. Mutatoq́ dictæ concubinæ nomine vxoremq́ ipſam ſuam ſimulans, poſt longam cum ipſa cohabitationẽ in indiam maris Oceani peruenit. Ibiq́ cũ ea vxorio nomine diu cohabitauit, vſq́ ad ei⁹ fœminæ mortem. Et demum dictæ vxoris Luſitanæ, liberorumq́ cõmunium reminiſcens, litteras ad ipſam dedit poſt multos annos vt ad eum, vnà cum filijs ſtatim proficiſcatur. Quæ longa iam ſenectute & infirmitate depreſſa, cũ iter immenſum aggredi non ſit auſa, filium cõmunem, qui ſolus erat ſuperſtes, vnà cum eius vxore ac filijs ad maritum miſit. Qui ad patrem veniens honorifice exceptus vtq́ talis filius ab eo nominatus, habituſq́, deceſsit. Relicto ex ſe filio. Quem dictus Ioannes. V. auus ad extremum vitæ perueniens vniuerſalem hæredem in ſuo teſtamento inſtituit in omnibus bonis, in eoq́ declarauit dictam concubinæ conſuetudinem, contubernium non matrimonium fuiſſe. Ex eo facto lis non parua ſecuta eſt inter dictæ concubinæ hæredem, & vxorem Luſitanam ſuper dimidia parte bonorum durante matrimonio quæſitorum, quæ ſũmam quindecim mille ducatorum excedebat. In qua poſt longam diſceptationem, & duas ſentencias in fauorem dictæ concubinæ latas, poſtrema ſeptem ſupremorum iudicum auditorij Hiſpalenſis ſentencia pro dicta Luſitana pronunciatum & obtentum fuit, me pro ipſa patrocinante, cum prius in vna, & rurſus in alia iudicum aula varijs ſententijs negotium fuiſſet agitatum. His autem & ſimilibus apud iudices allegationibus ſum vſus.

# Informacionũ Deciſionum &

## ¶SVMMA.

IVre Luſitaniæ contracto matrimonio bona ſiunt communia inter coniuges. nu. 1.

¶ Locus contracti matrimonij inſpicitur iure Hiſpaniæ, in dotis, et aliorum bonorum reſtitutione. nu. 2.

¶ Dictum teſtis, vltra contenta in articulo interrogationis quando valet. nu. 3.

¶ Teſtes deponentes de pertinentibus ad negotium, dicuntur deponere de ipſo negotio. nu 4.

¶ Teſtis, etiam parte non petente tenetur deponere, quidquid ſcit de ipſo negotio. nu. 5.

¶ Cohabitatio, procreatio & educatio filiorũ & fama publica quando probent matrimonium. nu. 6. & 7.

¶ Quando agitur de probando ſecundum matrimonium contra primum, liquidiſſima probatio requiritur. nu. 8.

¶ Aſſertie aut negatio parentum filijs non nocet. nu. 9.

¶ Etiam ſi coniuges ſimul non habitent, bona quæſita ſunt comunia. nu. 10.

¶ Inter conjuges bona quæſita communicantur ſine aliqua apprehenſione corporali. nu. 11.

¶Facto diuortio ob ſeuitiã viri, vxori quæritur dimidia pars bonorum, nu. 12. idem ſi eam expellat ſine cauſa. nu. 13.

¶Si vnus ex ſocijs renunciet ſocietati malitioſe, alijs non nocet, idem de vxore. nu. 14.

SQuiſſimi ſimul ac ſapientiſſimi iudices. Pro parte Leonoris. F. Luſitanæ adducuntur, & faciunt ſequentia. Primo fundari ſatis ius ſuum in probationibus pro ea factis, ex quibus conſtat matrimonium, de quo agitur, reuera interceſſiſſe inter ipſam & dictum Ioannem. V. vnde dimidia pars bonorum omnium, de quibus agitur, ad ipſam pertinet. Tam iure huius noſtri regni, quo quæſita durante matrimonio fiunt communia iuxta vulgaria, quam iure & conſue-
1 tudine regni Luſitaniæ, ☞ vbi diſponitur, & ſeruatur, quod ſtatim contracto matrimonio bona omnia fiant communia inter coniuges. Vt refert Doctor de ſigura in .l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. fol. 16. colu. 2. verſi. ex quo ego infero & Doctor Caſtillo in .l. 14. Tauri in verbo. puedan in fi. Vbi etiam tradit conſuetudine Regni Aragonum idipſum obſeruari. Lege au-
2 tẽ. 24. titu. 11. part. 4. ☞ diſponitur, vt inſpiciatur locus contracti matrimonij in exactione dotis, & bonorum mariti & vxoris.

¶Nec obſtat oppoſitio contra teſtes, quod deponant vltra contenta in articulo interrogationis contra tex. expreſſum in .c. de teſti-
3 bus. de teſti. cũ ſimilibus. ☞ Nam id habet locum quando deponerent teſtes omnino diuerſa ab ipſo articulo, vt ſi producti ad probandam declinatoriam iudicij, ſuper cauſa principali dicerent. Quod aperte prohibetur in. d. c. de teſtibus. de teſti. ¶ Ibi inducti ad exceptionem dilatoriam probandam, cum ſuper ea tantummodo iurauerint. &c. Et ita notant & intelligunt Abb. & Docto. communiter in .d. c. de teſtibus.

¶Quod etiam confirmatur doctrina ſingulari Ange. in .l. Iam dubitari. ff. de hære. Inſti. quem referunt & ſequntur Alexan. & alij
4 in .l. 1. ff. ſi cer peta. Vbi Iaſo. nu. 44. quod ☞ teſtes deponentes

de pertinentibus ad negotium, de quo agitur, dicuntur deponere de ipſo negotio, ad quod adducuntur. Idq; maxime in noſtro caſu obtinet, cum in articulo contineatur vt deponant id, quod ſciunt de ipſo negotio. Præſertim iuxta doctrinam Bartu. in l. Si duo pa troni. §. Idem Iulianus. nu. 8. de iure iu. quòd ſi teſtis iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, & illud quod dicit vltra articulum face ret ad cauſam valebit eius depoſitio. Idem Bartu. & doctores communiter in. l. momentaneæ. C. qui legiti. perſo. Specu. de teſte. §. 1. verſi. item quòd depoſuit ſuper alio. Et verſi. ſeque. refert & ſequitur Hipoli. in. l. 1. §. Diuus Antoninus. nu. 2. de queſtio. fol. 28. in paru. Cum multis ſimilibus.

5 ¶ Pro quo etiam facit doctrina Abba, quem ſequuntur alij ibi in. d. c. de teſtibus. de teſti. nu. 6. & quod teſtis productus ad totum negotium, vel ſimpliciter ad cauſam, de qua agitur, tenetur deponere quidquid nouit de ipſo negotio. Notat gloſ. in. c. quia circa cum concordan. ibi de priuileg. glo. & doctores communiter. in. c. fraternitatis de teſti. Idque maxime locum habebit iure huius noſtri regni quo iudices inſpecta veritate iudicare tenentur.

¶ Confirmatur etiam hæc pars ex eo, quod matrimonium non ſolũ probatur per ſupradictos teſtes inter ipſos interceſſiſſe, ſed etiam 6 multis alijs id conuincitur, & ſcilicet diutina cohabitatione, filiorum procreatione & educatione, ipſorum publico in eccleſia baptiſmate, dictorum etiam coniugum publica aſſertione, famaq; & opinione communi. in. c. illud. vbi notat Abba. & Doctores communiter de preſumptio vbi de diutina cohabitatione, & fama opinioneq; communi. tex. in. c. 2. de clandeſti. deſponſo. vbi notat Abba. num. 3. poſt alios, quod ſimplici coniugum aſſertioni ſtetur in matrimonio. Facit optime glo. in. l. penu. C. de fideiuſſo. in glo. fina. ex qua ibi Bald. notat, quod ſi vir & fœmina deprehendantur ſimul, & cõfiteantur ſe eſſe coniuges, eorum dicto ſtatur. Idem notat Bartu. per illam glo. in. l. vni. C. de confeſ. colu. 7. verſi. fuit quæſtio. Alexand. conſi. 1. vol. 5. col. 5. Barba. conſi. 26. lib. 4. vbi de baptiſmo filiorum & ſacramentorũ re cœptione, cohabitatione, aſſertioneque coniugum.

¶Pro quo etiam facit optime doctrina elegans Innocen. in. c. veniens, de verbo. ſigni. col. 2. quod quando cauſa non agitur inter principales ipſas perſonas, ſed inter tertios alios, ſufficiat probare communem opinionem. Vt in eo qui habebatur pro prælato, vel pro notario communiter. Idem dicendum videtur hoc caſu, cum non tractetur de matrimonio conſtituendo inter coniuges ipſos, ſed inter alios ſuper eiuſmodi bonis.

¶Nec his oberit alterius partis probatio de fama publica opinioneq; communi coniugij cum ipſo Ioanne. V. longa cohabitatione,
8 tractatu inter ſeſe, aſſertioneq; ipſorum de coniugio. Cũ agat de probatione ſecundi matrimonij contra illud primum. Quo caſu non ſufficiunt aut præſumptiones, aut inſignia illa, notat Abb. vnice vbi alij in. c. ſuper eo de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſu. Bal. conſi. 48. lib. 2. quo caſu requiruntur liquidiſſimæ probationes ad excluſionem primi matrimonij, & probationem ſecundi, cum habeat preſumptionem contra ſe, vt notat Vincent, quem refert & ſequitur Abb. ibidem in. c. 2. de clandeſti. deſponſa. nu. 2. idem Abb. in. c. quia veriſſimile de preſumptio. Roma. ſingula. 619. tu audiuiſti. vbi plene. Deci. conſi. 133. pri. volu. Præſertim cum pro ipſa nullus teſtis deponat de matrimonio, & cohabitatio etiam per mille annos illud non inducat in. c. illud de preſumptio. vbi Abb. & Doctores communiter, poſt glo. ibi Bal. in. l. in libere. ff. de rit. nupti. Decius in regu. nuptias de regu. iu. cum alijs. Maxime cum conſtet dictam concubinam cum alio antea contraxiſſe matrimonium, nec de eius morte appareat.

¶Non obſtat etiam quod in ſuo teſtamento dictus Ioannes. V. filium communem ſuum, & dicte Leonoris. F. Luſitanæ naturalem ſuum filium nominauerit, nam homo, qui litteras neſciebat, ita nominaſſe, credendus eſt, ac ſi dixiſſet, eum veré & naturaliter, & non falſo dictum fuiſſe ſuum filium, aut ficte. Quemadmodum etiam vulgari idiomate dicimus regem naturalem, eum qui vere rex eſt, ſine aliquo dubio aut controuerſia, & ſic de alijs ſimilibus.
9 Præter id quod affirmatio & aut negatio parentũ filijs nocere non ſolet in. c. officij de pœni. & Remi. vbi Abb. & Doctores communiter, per Bart. & Doctores in. l. filium de ijs qui ſunt ſui, vel

ali.iu. per Doctores in.l. miles.§.defuncto.de adulte.cum multis ſimili.

¶ Nec prædictis etiam aduerſatur, ſi opponatur non cohabitaſſe ſimul dictos coniuges, quòd videtur requiri ad hoc vt bona conſtante matrimonio quæſita fiant cõmmunia inter ipſos, iuxta.l.1.tit.3.lib.3.fori.cum alijs.ibi.de conſuno. Nam iuxta leges & conſuetudines Luſitaniæ ſupradictas, quibus ſtandum eſt hoc caſu, vt in.d.
10 l.24.tit.11.part.4.id non requiritur, nec etiam iure huius noſtri Regni. Maxime autem cum conſtet culpa, & abſentia ipſius mariti ceſaſſe inter ipſos cohabitationem, quo caſu vxori ad huc quæritur dimidia pars talium bonorum, & ita in hoc themate affirmat expreſſe Doctor de Palaciorru. vir omni laude digniſſimus, in Repe. Rub.§.64.nu.3.fol.40.col.3.verſi, quando ergo. vbi plura de hoc per bonum tex.in.l.ſi autem.§.ſed ſi per ſeruum.ff.de rei vendi. idem tenet Doctor de Sigura vir etiam eximie eruditionis.in.l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundum delega.2.fol.86.nu.31.cum multis ſequentibus.

11 ¶ Quod etiam cõfirmatur & ex eo quòd inter coniuges ipſo iure ſine aliqua apprehenſiòne corporali communicantur omnia bona conſtante matrimonio quæſita quantum ad dominium & poſſeſſionem, vt notat, & tenet Doctor Segura in de bon. conſtan. matrimo. ad q.nu.44. cũ ſequẽ. quem refert & ſequitur, vbi plura inſignis Doctor Couarru.lib.3.reſolu.c.19.nu.2.poſt doctorem de Palaciorru. & Roderi. Xuarez, & alios quos ad id allegat. Idq; non ſine exemplo & ratione ſocietatis omnium bonorum, in qua id ipſum vſuuenit. in.l.1.§.fina.&.l.ſequẽ.ff.pro ſoc. & ibi notat & tenet Bald. ſingu. Doctores in.l.1.C.de aqui. Poſſeſ. & in l.1.in prin.ff.de acqui.poſſe.cum multis ſimilibus.

12 ¶ Comprobatur hoc ipſum ex hoc, quòd facto diuortio inter coniuges propter viri ſeuitiam, & ſic reſtituta vxori dote, & bonis conſtante matrimonio tunc quæſitis, ſi poſt tale diuortium alia bona maritus acquiſierit, in his etiam vxor ſeparata habebit dimidiã partem, & ita hoc caſu affirmat & tenet idẽ Doctor Palaciorru.

de Repe. Rub. §. 64. nu. 10. cum alijs.

¶ Coadiuuatur etiam hæc pars ex ſententia notabili eiuſdem. Doctor. de Segura. in. d. l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum a nu. 27.
13 vſque ad nu. 37. ☞ vbi tradit idipſum obtinere caſu quo maritus vxorem ſine cauſa domo expelleret, & cohabitatione, maxime cum ea bona vxori non ex diſpoſitione & voluntate, aut liberalitate mariti, ſed ipſius legis beneficio, & diſpoſitione quærantur, nec auferre ipſe queat. in. l. fina. C. de bon mater. in. l. 3. ff. de interd. & releg. & legibus huius regni. Cumq́ per vxorem non fiat quominus ſimul habitent. in. l. quæ ſub conditione. ff. de condi. inſti. & ita per hæc & alia fundamenta tenet Doctor de Segu. vbi ſupra. nu. 29. 30. 31. & ſequentibus.

14 ☞ ¶ Item ſi vnus ex ſocijs malitioſe renunciaret ſocietati, vt ſibi ſoli acquiratur lucrum ex aliqua re, talis renunciatio ſocijs nihil poſſet officere. Eaq́ non obſtante lucrum inter eos ex ea re communicaretur. in. §. manet. inſti. de ſocie. cum ſimilibus. Idem dicendum inter coniuges, cum ſint ſocij diuini & humani iuris. Et ita arguit et tenet Doctor de Segura ſæpiꝰ allegatus in. d. §. ſed ſi fundum. nu. 33. præſertim cum hoc caſu ſocietas coniugum niſi morte finita non fuerit.

¶ 2.

## ¶ FACTVM.

DOmina Franciſca de Ribera binas ædes Hiſpali habens, eaſq́ contiguas, alteras ex eis in perpetuam conceſſerat emphyteoſin, cuidam Roderico. V. legemq́ ſibi dixerat, vt ipſa teneretur per fiſtulam, ſiue canalem, in pariete communi factum, aquas cotidiani miniſterij recipere, ex domo emphyteotica in eam, quã ſibi retinuerat. Idq́ dum ipſa vixerat fuit ob-

ſeruatum. Qua defuncta, ædibuſq; ſuis vni atq; alteri venditis, poſtremus emptor non patiebatur vti ſibi ea ſeruitute dictum Rodericum. V. cauſabaturq; eam perſonalem, non realem fuiſſe, cumq; ipſa domina Franciſca de Ribera extinctam fuiſſe. In quo tandem pro dicto Roderico. V. fuit in ſupremo auditorio Hiſpalenſi iudicatum poſtrema ſententia, me pro ipſo aduocato, qui apud iudices his & ſimilibus egi, cum tamen aliquot alij aduocati, tanquam in re difficili, in hoc laborare ſcribendo renuiſſent.

## ¶ SVMMA.

QVando ſeruitus conſtituitur in perpetuum eſt realis, non perſonalis. nu. 1.

¶ Seruitus conſtitura reſpectu certi & determinati fundi, eſt realis & perpetua. nu. 2.

¶ Si ſeruitus ſonet in ſimplex factum, non in ius, eſt perſonalis, non realis. nu. 3.

¶ Seruitus in caſu dubio eſt cenſenda realis. nu. 4.

¶ Seruitus durat, ſiue prædium dominans, ſiue ſeruiens alienetur, nu. 5.

RECtiſſimi ſimul ac ſapientiſſimi Iudices. pro Roderico. V. M. adducuntur & militant ſequentia in lite & cauſa contra Alfonſum. N. & primo, cum conſtet de ſeruitute, non obſtant, quæ in contrarium allegãtur. Maxime id, quod pro fundamento præcipuo proponitur, eam ſeruitutem perſonalem, non realem fuiſſe. Nam contrarium clare patet ex ipſius ſcripturæ verbis, ibi, {que vaya el agua por el caño por donde haſta aqui yua de la caſa pequeña ala grande, & infra, y os la doy al dicho cenſo perpetuo para ſiempre jamas, con todas ſus entradas y ſalidas, vſos y coſtumbres y pertenencias, para ſiempre jamas. &c.} Vnde liquido conſtat perpetuam eam eſſe ſeruitutem, cum in perpetuum ædes concedantur cum omnibus vſib⁹, quibus tunc vtebantur, & cetæris omnibus, quæ ad ipſas tunc pertinebãt. Idq; comprobatur ex text. expreſſo, & eius verbis manifeſtis. in. l. 8. tit. 31. part. 3. apud nos, ibi. {ca las otras ſeruidumbres que ſon pueſtas para ſiempre, no vienen por razon de las perſonas, mas propriamente por razon de las coſas que las deuen, & de las otras que ſe ſiruẽ dellas. &c.}

1 & cum igitur hæc conceſſio in perpetuum facta ſit, non eſt dubitandum eam ſeruitutem realem, non perſonalem fuiſſe.

¶ Quod adhuc vltra prædicta confirmatur manifeſte ex regula illa generali & veriſſima in materia ſeruitutum recœpta

2 vbiq; per Doctores cõmuniter, quód quãdo conceditur ius ſeruitutis reſpectu certi & determinati fundi, vt puta concedo tibi ius pecoris paſcendi in fundo meo, aut aquam ducendi ex fundo meo ad tuum hortum, vel fieret ſimilis conceſſio, ea eſt ſeruitus realis & prædialis ab vtraq; parte, non perſonalis. in. l. pecoris cum. l. ſequẽ. & ſequẽ. & in l. cum ex fundo de ſerui. ruſti. pred. in. l. ſi fundum de ſerui. lega. per quæ ita notat et tenet Bart. in l. pater. nu. 7. de ſerui. lega. Notat idem Bart. & Paul. de caſt. in. l. lucius de ſerui. ruſti. præd. Bal. Imol. alijq; communiter in. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui de lega. 1. idem Imol. in. l. ſi ſic de verb. obli. notat & reſoluit Cepol. c. 2. de ſerui reali, vbi dicit hanc comunem opinionem. poſt Floria. in ſupra dictis locis, & in. l. vt pomum de ſerui. ruſti. pred. Quod obtinet in noſtro themate manifeſte, cum ita diſponatur, que las aguas del ſeruicio de las dichas caſas que os doy al dicho tributo, vayan por el caño por donde oy dia van a las dichas caſas. &c. & ſic conſtat imponi ſeruitutem in certa re, & domo, & ad certam aliam rem domumq;, ac proinde ſeruitutẽ eſſe realem etiam ab vtraq; parte.

¶ Quibus non oberit tex. in. l. lucius de ſerui ruſti. pred. & ſimiles vbi aliquæ ſeruitutes reperiũtur eſſe perſonales, non reales, nam
3 illud obtinet, quando ita conſtaret ex manifeſta intentione contrahentium, aut quando ſeruitus ſonaret in ſimplex factum, non in ius, vt puta concedo facultatem, quód poſſis ire per fundum, aut aliter, aut fieret conceſſio ſeruitutis reſpectu in certi, & in determinati fundi dominantis, cuius declaratio committeretur in arbitrium eius cui cõceditur. vt in. d. l. lucius conceſſum fuit, vt liceret aquam ducere ex fundo, quo vellet is, cui concedebatur, & ſic cum ipſo ea ſeruitus merito fuit extincta, has diſtinctiones faciunt Bart. & Doctores communiter in. d. l. lucius de ſerui. ruſti. præd. & in legibus & locis allegatis ſupra proximo. c. & ita reſolutiue colligit Cepol. in d. c. 2. de ſerui. reali.

¶ Item confirmantur ſupradicta ex eleganti, & generali doctrina Bart. cum quo cæteri tranſeunt cõmuniter ibi, & vbi ſupra in. l. cũ ex fundo de ſerui. ruſti. præd. vbi tenet in dubitater quod ſeruit⁹ in caſu dubio eſt cẽſenda, & iudicãda realis, nõ perſonalis, dũ aliud nõ

conſtiterit

¶Poſtremo mihi videtur caſus expreſſus de hac noſtra ſeruitute in.d.l.cum exfundo.de ſerui.ruſti.pred.vbi habens duas poſſeſſiones vnam ex eis vendidit, & ei conceſſit ſeruitutem aquæ ducendæ,per aliam,quam retinuit,& diſponitur in.d.l. eam ſeruitutem fuiſſe realem,durareq́ etiam ſi in plures alios poſſeſſores predium ſic ſeruientis tranſiſſet,& pœna in ipſa prima impoſitione ſeruitutis fuerit in fauorem tantum primi emptoris appoſita. Quod eſt per omnia noſtro negotio ſimile,aut idem potius.

¶Non obſtat etiam quòd dictus Rodericus has ædes ſemel ven-
5 diderit,& rurſus emerit. Cum ſit certum & expeditum in mate
ria ſeruitutum, vt ſiue predium dominans, ſiue ſeruiens, ſæpius
alienetur,in vnam,aut plures perſonas, ſemper remaneat ſeruitus
tam reſpectu fundi dominantis,quam ſeruientis,& res tranſit cum
ſua ſeruitute, quocumq; vadat, vt aperte diſponit tex. in. l. qui
fundum. cum l. ſeque. quemadmo. ſerui.ami. eſt apud nos idem
diſpoſitum.in.l. 8.tit.31.part.3.ibi, en ſaluo queda aquella ſerui
dumbre en la otra coſa en que la auia, que no ſe le embarga ni ſe
pierde por razon del mudamiento,& in fine eiuſdem legis ibi, &
por ende por mudamiento del ſeñorio no ſe pierden.&c.

¶3.

¶ FACTVM.

ANtonius. P. magiſter nauis, dum in Indiam maris Oceani cum ea proficiſcitur, obligat ſe iudicibus cau ſarum Indiæ, & perſonis quarum intereſt, ſe eundo & redeundo merces, & quæcumquæ recœperit, reſtitutu rum fideiuſſoribus ad id etiam datis. Cuḿq; in Indiam perueniſſet, amiſſa dicta naui, in altera reditum parat, ſaluáq; ea in Hiſpaniam veniens, argentum cuiuſdam Ferdinandi F. quod ipſi vehendum recœperat, non reſtituit. Factáq; propterea contra eius fideiuſſorem executione, opponebat ſe liti, & tandem contra eum fuit obtentum in ſupremo hoc auditorio Hiſpalenſi ſeptem iudicum ſententia, me aduocato pro dicto Ferdinando. F. cum tamen prius in vna, & rurſus in ſecũda iudicum aula varijs ſufragijs ea res fuerit agitata.

## ¶ SVMMA.

EX mente & propoſito contrahentium diiudicantur contractus. nu. 1.

¶ Fideiuſſor cenſetur obligari in omnem cauſam qua principalis. nu. 2.

¶ Magiſter nauis tenetur reſtituere, non ſolum quæ recœpit impoſita in naui, ſed quomodo cumque recœperit. nu. 3.

¶ Ex facto principalis fit perpetua obligatio fideiuſſoris, quæ temporalis erat. nu. 4.

¶ Actio redditur arbitraria cõtra fideiuſſorem, ſicut contra prin

cipalem ratione loci.nu.5.

¶Solo verbo, fideiubeo. cenſetur fideiuſſor obligari in omnem euē tum. & ad vſuras & intereſſe. num.6.

AMpliſſimi, obſeruandiſſimiq́ Iudices. Pro Ferdinando.F.in cauſa & lite contra.P.C. adducuntur & faciunt ſequentia. Et primo quód ſcriptura ipſa obligationis à magiſtro nauis, & eius fideiuſſoribus facta tollit meo iudicio omnem dubitationem Cum in ea expreſſe principalis & fideiuſſores obligentur ſe reſtituturos omnia cuiuſcumq́ qualitatis, quæ ipſi magiſtro vehenda committerentur. Nec obſtat id, quod in contrariū opponitur, quod debeat intelligi obligatio fideiuſſoria, de ijs, quæ traderentur magiſtro vehenda in eadem naui, non in alia. Cum hoc in ipſa ſcriptura non excipiatur ſpecialiter, immo generaliter in ea diſponatur. Confirmaturq́ idipſum ex propoſito & mente
1 contrahentium, ex ☞ qua diiudicantur contractus in l. non omnis. ſi cer. pe. cum alijs. Cum id agatur ea obligatione, vt merces & alia dicto magiſtro nauis commiſſa, ſalua perueniant.

¶Præterea quãuis ſcriptura ipſa obligationis et fideiuſſionis aliquã contineret dubitationem, iuris ipſius & legum interpretatione facile tolleretur. Cum iure ſtatutum expreſſe inueniamus magiſtrū nauis teneri recœpta reſtituere. in Rub. & per totum. nau. caupo. in.l.26.tit.8.par.5.cum alijs & fideiuſſor cenſeatur obligari in eã dem cauſam, qua principalis ipſe tenebatur tex. elegans & expreſſus.in.l.ſi vt proponitur.ff. de fideiuſſo. Quem ibi ad hoc notat Bartu. & Doctores communiter, ibi notat Bartu. in.l. hi qui acceſionis.nu.4.ff.eo.tit. Fab. Ang.& alij in.§.fideiuſſores. Inſti. de fide. Ibi inteligēdum eſt mandatorē ſimilimodo cōtraxiſſe.&c.

Et ita in noſtro caſu fide iuſſores interceſſiſſe erit iudicandum in cauſam, qua ipſe principalis tenebatur, quando eſſemus in aliquo dubio. Quod ſane ex ſcripturæ ipſius verbis eſt ſublatum vt prædictum eſt.

3 ¶Quod etiā confirmatur ex eo, quod magiſter nauis tenetur reddere dominis, non ſolum ea quæ recepit impoſita in ipſa naui, ſed etiam quæcunque ei tradita, quamuis in nauim nunquam immiſſa fuerint. Iuxta tex. elegātem & expreſſum in. l. 3. §. 1. nau. caupo. ibi. Etiam ſi nondum ſint res in nauim receptæ ſed in littore perierint, quas ſemel receperit, periculum ad eum pertinere. &c. Vnde parum refert diſputare an in eadē, vel diuerſa naui redierit.

¶Comprobatur idipſum ex hoc, quod adeo verum ſit fideiuſſorem eo modo teneri & cenſeri obligatum, quo principalis ipſe tenetur, & vt ex facto ipſi⁹ principalis obligatio fide iuſſoria eficiatur
4 perpetua, quæ temporalis erat, quam uis id in ipſa non dicatur, vt eſt tex. notabilis in. l. ſi á colono. §. fina. ff. de fideiuſſo. Ibi. Cum facto ſuo principalis obligationem perpetuat, etiam obligatio fide iuſſoris durat. Veluti ſi moram fecerit in ſticho ſoluendo, & is deceſſerit. &c. Et ſic manifeſte deducitur obligationem fideiuſſoris iuxta ipſius principalis obligationem cenſeri, & intelligi.

5 ¶Adiuuantur etiā ſupradicta, & nam ſi ratione loci actio reddatur arbitraria contra principalem, qui in loco deſtinatæ ſolutionis nō ſoluit, ad intereſſe, idem ſimiliter obtinet contra ipſius fideiuſſorē, quamuis ſolum ſit obligatus ad primum locum ſolutionis faciendæ. Idque propter connexitatem, aut potius identitatem, vt ſic loquar, obligationis fideiuſſoriæ, cum ipſa principali. in. l. centum capuæ. in prin. ff. de eo quod cer. lo. Vbi notat glo. & Doctores communiter. glo. & docto. in. l. ſi á colono. §. fina. ff. de fideiuſſo. in. §. Præterea quaſdam. Inſti. de actio. cum ſimili. Nulla igitur dubitatio in hoc caſu habet locum, quo minus fide iuſſores eo modo & cauſa cenſeantur obligati, qua ipſe magiſter nauis tenebatur,

¶Item prædicta omnia corroborantur ex text. expreſſo & elegāti

8 in. l. quæro. ff. loca in prin. vbi .gl. eximia & notabilis ad id, quod fide iuſor. ſimpliciter acceptus ſolo verbo fideiubeo cenſetur obligari in omnem cauſam, & euctum, tam in ſortem principalem, quam intereſſe, & vſuras, quam in alia, quæ ipſi principali acceſſerint. Adeo, vt ipſe fide iuſſor teneatur etiam ad intereſſe, & vſuras, quæ in ipſa obligatióne veniúnt officio iudicis, licet ipſe principalis ea expreſſe non promiſerit. Et ſuccedant ex ipſa natura contractus, & actionis. Et ita notat glo. vnice in. d. l. quæro. ff. loca. & ibi per eam tenet Bart. num. 5. Idem Bart. in. l. Si quis pro eo. num. 2. in prin. ff. de fide. glo. & docto. in d. l. centum capuæ cum ſimili. Et ſic remanet expeditum fide iuſſores, de quibus agitur, eo modo teneri, quo ipſe principalis, ac proinde nulla ratione ab ipſa obligatione & ſolutione hoc caſu eximi poſſe.

¶ 4.

¶ Cum in dubium verteretur, an diſpoſita in ſecundo nubentibus habeant locum generaliter. Reſpondi per ſequentia.

¶ Pœnæ ſecundarum nuptiarũ, tatũ habent locum in bonis, quæ ex liberalitate coniugis, nõ ex legis diſpoſitione proueniunt.

DIſpoſitio tex. in. l. fœminæ. C. de ſecund. nupti. & ſimilium, ſolum habent locum in bonis, que alteri ex coniugibus ex alterius donatione, aut liberalitate proueniunt, non ita in alijs, quæ ex legis indulgentia & diſpoſitione eiſdẽ obuenirent vt in. l. fin. C. de bon. mater. in l. 3. ff. de inter. & relega. notat. Bal. acutiſſime in. d. l. fina. C. de bon. mater. in fi. in hęc verba. Nota ex hac. l. quod lucra, quæ vir lucratur ex forma ſtatuti municipalis extantibus filijs, vel non extantibus per ſecũdas nuptias

non perdit. Quia non conſequitur hoc ab vxore, ſed legis prouidētia. &c. Quod etiam aperte probatur in. d. l. fina. C. de bon. mat. Ex quo pater per ſecundas nuptias non amittit vſum fructum bonorū filij, cum legis beneficio idipſum conſequatur. Et ita in bonis conſtante matrimonio quæſitis tenet expreſſé Montal. in l. 31. tit. 1. lib. 3. fo. & D. Segu. in de bon. cōſtan. ma. ad q. nu. 86. 87. cum ſeq.

¶ Præterea hoc ipſum hodie apud nos expreſſé cautum reperitur. Per l. 14. Tauri. in bonis conſtante matrimonio adquiſitis, tam in vxore, quam viro, licet tex. in. d. l. fina. C. de bon. mater. & Bald. ibi tantū de viro mentionem faceret, & non de vxore. Vt notat. D. caſtillo. in d. l. 14. Tauri in prin.

¶ 5.

## ¶ FACTVM.

IOannes. M. defuncta prima vxore boniſq; mobilibus inter ipſos cōmunibus venditis, ex pretio ex eis redacto ædes quaſdam, & fūdum emit. Deinde ſecunda vxore ſuper inducta teſtamentum fecerat, in quo filios primi matrimonij quatuor, & vnum ex ſecūdo hæredes inſtituerat, & pręlegatum ſeu meliorationem tertiæ & quintæ partis bonorū dicto filio ſecundi matrimonij ſcripſerat. Quod tamen teſtamentū poſtea cancellauerat coram eodem tabellione & tribus teſtibus, duobus ex eis ſcribis Hiſpalenſibus. Quo defuncto certamen non modicum inter filios vtriuſq; matrimonij, & ſecūdam vxorem per plures quam viginti annos durauit. In quo ipſe pro filijs primi matrimonij apud iudices ſupremi tribunalis Hiſpalenſis his allegationibus & ſimilibus ſum vſus. Quibus alij etiam aduocati magni nominis ſubſcripſerunt, & tandem pro nobis fuit obtentum in melioratione illa, ſed non in fundo ædibuſq; ſoluto matrimonio ſic comparatis.

¶ SVMMA.

¶SVMMA.

PEr ſolam cancellationem reuocatur teſtamentum. nu. 1.

¶Si teſtamentum reperiatur lino inciſo, vel ſignis à teſtatore ſublatis cenſetur reuocatum. nu. 2.

¶Statutũ Hiſpalenſe, vt tres teſtes ſcribæ ciuitatis interueniant in teſtamento quomodo intelligatur. nu. 3.

¶Inter liberos minor ſolennitas ſufficit in teſtamento etiam ad reuocationem. nu. 4.

¶Si non fecit teſtamentum ſecundũ, ſed tantum reuocationem primi, ſufficit minor ſolennitas. nu. 5.

¶Sufficit inter acta manifeſtare reuocationem teſtamenti. nu. 6.

¶Non requiruntur tot teſtes ad reuocationem teſtamenti, quot ad confectionem ipſius. nu. 7.

¶Melioratio tertiæ & quintæ partis bonorum eſt legatum, & ſic nuda voluntate reuocatur. nu. 8.

¶Mortuo vno ex ſocijs quæſita ex re communi ſunt cõmunia, idem inter coniuges. nu. 9.

¶Societas preſumitur durare mortuo vno ex coniugibus. nu. 10.

¶Mortuo vno ex fratribus ſocietas durat cum filijs. nu. 11. &. 12.

¶Empta per patrem adminiſtratorem filij, cenſentur eſſe filij. nu. 13.

SApiétiſſimi ſimul atq; æquiſſimi Iudices, pro parte Franciſci.M.& fratrum, in cauſa contra Ferdinādum.C.& eius matrem adducuntur & faciunt ſequentia. Et primo quòd prælegatum ſeu melioratio facta á patre dicto.F.filio ſecundi matrimonij tertiæ & quintæ partis bonorum, nullius ſit momēti, cum poſtea ipſemet pater illud teſtamentum cancellauerit, & reuocauerit, in quo dicta melioratio continebatur eamq; cancellationem & reuocationem fecerit coram eodem tabellione, & tribus teſtibus duobus ex eis ſcribis Hiſpalenſibus. Non obſtat fundamentum aduerſarij opponentis eandem ſolennitatem requiri ad cancellationem & reuocationem teſtamenti, quæ in ipſius confectione interuenit, nam ad hoc in promptu reſponſio eſt. Silicet hic non ſolum interueniſſe reuocationem teſtamenti, ſed etiā cancellatio-
1 nem ſimul. ☞ Quando autem interuenit cancellatio nulla alia ſolēnitas requiritur ad reuocationem teſtamenti. Ita Bart. in. l. ſi iure. nu.3.de lega.3.per bonum tex.in.l.cancellauerat de ijs quæ in teſta. delē.quia plus eſt facto aliquid, quam verbis facere.

¶ Confirmatur id ipſum, nam ſi teſtamentum in ſcriptis conditum
2 ☞ reperiatur lino inciſo vel ſignaculis ſublatis conſulto á teſtatore, per hoc ſolum cenſetur voluntas eius immutata, et teſtamentum redditur inualidum.in.l.noſtram vbi doctores.C.de teſta.eſt tex. expreſſus apud nos.in.l.24.tit.1.par.6.multo igitur magis id habebit locum vbi teſtamentum reperitur cancellatum, ſeu inciſum, ſimile.in.l.1.§.ſi hæres.ff.ſi tab.teſta.nul.exta.ibi {ſi hæres inſtitutus non habeat voluntatem, vel quia inciſæ ſunt tabulæ, vel cancellatæ, vel qua alia ratione teſtator volūtatem mutauit.&c.} quod maiori ex cauſa adhuc in noſtro caſu erit affirmandum, vbi pæter cancellationem teſtamenti, reperiuntur tres teſtes qui ipſi cancellationi & reuocationi interfuerunt vltra tabellionem ipſum.

¶ Præterea cum in dicto ſtatuto Hiſpalenſi ſolū diſponatur, vt tres teſtes eiuſmodi qualitatis in teſtamenti confectione interueniant,
3 ☞ nec vltra addijciatur teſtamentū fore inualidū, ſi aliter fiat, certū eſt remanere hoc diſpoſitioni iuris cōmunis, & regni huius quo tres teſtes ſufficiūt in teſtamento.in.l.1.tit.2.lib.5.ordina.& in.l.3. Tauri.nec ea qualitas requiratur, vt ſint ſcribæ Hiſpalenſes. Quia quādo lex diſponit, nec vltra procedit declarando actū nullū, ſi cōtra fiat, valet adhuc actus, vt tradit Bart. & Doctores communiter

in.l.cum lex.ff.de fideiuſſor.Bal.& docto.in.l.non dubium. C. de legi.cum ſimili. Maxime cum ex hoc euitetur legum correctio, & non ſit dicendum legem illam ordinamenti regalis, & Tauri generales corrigi per hanc ſpecialem Hiſpalenſem ſanctionem, vt in .l.vni.C.de in offi.doti.cũ ſimili.vnde licet fateremur eandem ſolennitatem in noſtro caſu requiri ad reuocationem & cancellationem teſtamenti prædictam, quæ in ipſius confectione interuenit, eam non deeſſe hic erat ad huc iudicãdũ, vt ex prædictis liquet.

¶Comprobantur predicta, quia per talem reuocationem huius teſtamenti reditur ad ius commune, & ad ſeruandam equalitatem
4 inter liberos, quo caſu non requiritur eadẽ ſolennitas in reuocatione teſtamenti, quæ in ipſius confectione interuenit.ita Bar.in.l. militis codicillis.§.veteranus.de teſta.mili.quia ſufficit inquit ille, inter liberos quodcumq; voluntatis indicium, vt in.l. 2.de in ius. teſta.& in.l.hac conſultiſſima.§. ſi quis autem. &.§. ex imperfecto. C.de teſta.vbi Bart.& docto.communiter tenent ſufficere inter liberos ſolennitatem á iure diuino vel gentium introductam, idem docto.communiter.in.l.fina.C.fami.ercis.& in.l.fina. C.de codici.vnde ſufficit facere reuocationem teſtamenti inter filios coram duobus teſtibus.in auth.hoc inter liberos. C.de teſta. vbi docto. communiter dicunt hanc eſſe communem opinionem.

¶Præterea quando teſtator feciſſet ſecundum teſtamentum, reuo-
5 cans primum, tunc eſſet verum eandem ſolenitatem requiri ad reuocationem teſtamenti, quæ ad ipſius confectionem erat neceſſaria.in.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis autem de teſta.ſecus quando nuda voluntate noluit teſtator valere primum teſtamentum, nam tũc etiam per ſolam remotionẽ lini, ſigilli, vel ſigni, & ſimilia cenſetur reuocatum teſtamentũ abſq; vlla alia voluntatis declaratione, vt ſupra probatum ſatis eſt. Quinimo etiam ſi feciſſet ſecundum teſtamentũ minus ſolenne ad reuocandum primum, inter venientes ab inteſtato valeret ea reuocatio, vt eſt caſus apertiſſimus.in.d.l. hac conſultiſſima.§.ſi quis autem de teſta. ibi.non quaſi teſtamentum, ſed quaſi voluntatem inteſtati vltimam valere ſancimus.&c.

¶Item ad hoc eſt tex.expreſſus & notabilis.in.l.ſancimus.C.de teſta.vbi caſus noſter & ſimiles aperte deciduntur. Immó ſi bene ver-
6 ba eius conſiderentur, ſufficit inter acta ſolum manifeſtare reuocationem teſtamenti abſq; alia ſolennitate. ibi. vel inter acta manifeſtauerit.&c. vbi glo.fina. communiter approbata tenet tem-

pus illud decem annorum computari à tempore conditi teſtamenti, & ita in noſtro caſu accidit, cum teſtator vixerit vndecim ferè annos poſt dictum teſtamentum factum.

¶ Confirmatur id ipſum ex.d.l.ſancim9.C.de teſta.ſi bene eius ver-
7 ba conſiderētur, ibi coram tribus teſtibus, nam ſi verum eſt requiri ſeptem teſtes ad condēdum teſtamentum, etiam nuncupatiuum, vt in.d.l.hac conſultiſſima.§.per nūcupationem.cum alijs.tex.autē in.d.l.ſancimus diſponit coram tribus teſtibus factam reuocationē valere, clare colligitur non requiri eandem ſolennitatem ad reuocationem, quæ ad conficiendum erat neceſſaria.

¶ Vlterius ex alio comprobatur, dictum teſtamentum non valere, ſaltem quo ad meliorationem tertiæ & quintæ partis bonorũ. Quia certum eſt legatum poſſe reuocari etiam nuda voluntate.in.l.3.§. vlti.ff.de adi.lega.quia legata auferuntur etiam per aliam ſecundā voluntatem minus ſolennem & inualidam.vt in.l.ſi trāſferam.ff.de
8 adi.lega.in.l.plane.in prin.de lega.1.& melioratio autem eſt legatum ſeu prælegatum, quod idem eſt, vt tenēt doctores ſcribentes cōmuniter, maxime.D.ſegu.in.l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundum.de lega.2.Montal.in.l.9.tit.5.lib.3.fori.in verb.mejorar.vbi.latiſſime, ergo dicta reuocatio teſtamenti fuit efficaciſſima, maxime quantũ ad dictam meliorationem.

¶ Item, quod attinet ad ædes & fundum, quæ cōparauit dictus Ioānnes.M.ex pretio redacto ex cōmunibus bonis mobilibus ſuis & primæ vxoris præ defunctæ, dicēdum eſt illa eſſe communia inter dictum patrem & filios primi illius matrimonij per plura fundamenta. Et primo quia regula eſt in materia ſocietatis, quòd vno ex socijs mortuo quid quid poſt eius mortem ex re communi quæritur eſt communicandum cum hæredibus ſocij defuncti.de quo eſt tex. expreſſus.in.l.actione.§.morte.ff.pro ſoc.ibi { ſed & quod ex re communi poſtea quæſitum eſt, item dolus & culpa tam ab hærede, quam hæredi preſtanda ſunt.&c. } Cum igitur ex bonis communibus vtriuſq; coniugis dictæ poſſeſſiones emptæ fuerint, certum eſt cum hæredibus ipſius vxoris communicari debere, cum qua ſocietas omnium bonorum interceſſerat.vt.in.l.1.ff.de rit.nupt. cum ſimili, & pæcipue iuxta leges huius regni.

¶Secundo hoc ipſum confirmatur ex alio, quia dicta ſocietas omnium bonorum, quæ inter coniuges introducitur legum miniſterio, præſumitur durare & continuari etiam ea mortua, inter virum, & filios communes vtriuſq;, dum inter eos non fit ſeparatio, & diuiſio bonorum, quæ ſocietas ex patientia, & perſeuerantia vtriuſq; partis in cõmunione præſumitur. argu. tex. in. l. itẽ queritur. ſ. qui impleto. ff. loca. & in. l. in rebus. ſ. fina. ff. de preca. in. l. legem. C. loca. cum alijs, & ita in his terminis tenet. D. de palaciorũ. in repe. Rub. ſ. 62. nu. 25. per plura optima fundamenta.

11 ¶Cõprobatur hoc ipſum, quia ſi mortuo patre filius cũ ſocio ipſius patris iiſdẽ inſtitoribus vtatur, quib9 pater in vita vſus fuerat, intelligitur ſocietas cũ filio renouata, etiã ſi fili9 eſſet pupillus. notat Bal. in. l. mãdatũ. in. 3. oppoſi. C. mãda. quẽ refert & ſeq. Alexã. conſi. 132. vol. 5. col. 1. refert & ſeq. Andr. ſicul. in. c. quia. v. col. 12. de iudi. & in. c. peruenit de empt. & vẽdi. per bonũ tex. in. l. mãcipijs. ſ. ſi impubes. & in. l. in eũ. ſ. ſi dñs. ff. de inſti. & in. l. quicumq;. ſ. fina. ff. eo. ſic igitur in noſtro caſu videtur duraſſe ſocietas illa inter patrẽ & dictos filios cõmunes, & dictæ poſſeſſiones debẽt cõmunes cẽſeri.

12 ¶Adiuuatur idẽ eo fundamẽto, nã ſi duo fratres exercebãt cõmuniter mercaturã, & altero mortuo, alter cõtinuat dictã negotiationẽ videtur cõtinuari ſocietas cũ filijs fratris præmortui, ſicut ipſo viuẽte faciebat. notat idẽ. Bal. in. l. ſi patruus. C. cõmun. vtri. iudi. 3. col. fuit etiã ex mẽte eiuſdẽ Bal. in auth. ex teſtamẽto. circa fi. C. de colla. argu. l. nam & ſerui9. ſ. ſi viuo. ff. de nego. geſt. tenet Bart. in tracta. de duob. fra. nu. 22. ſiue Bal. vt alij opinãtur, eius eſſe tractatũ, ſic igitur in propoſito themate ſentiẽdũ eſt dictas poſſeſſiones in ſocietate fuiſſe quæſitas, ac proinde inter patrẽ & filios eſſe cõmunes.

¶Poſtremo alia etiã hoc caſu poteſt adhiberi conſideratio, ſcilicet quód hi filij primi matrimonij remãſerunt in poteſtate & adminiſ-
13 tratione patris, & erant minores poſt mortem matris, empta autem per adminiſtratorem ex re minoris, efficiuntur ipſius minoris, etiam ſi ſuo nomine non emantur, notat Iacobus de Are. Cin. Bal. in. l. ſi tutor. de commun. ſer. pigno. da manu. notant Doctores. in. l. ſi. vt proponis. C. de rei. vendi. cum ſimili. quod maxime hoc caſu eſt affirmandum, quo teſtes deponũt eam fuiſſe patris ipſius voluntatem, & conſtet vendidiſſe prædicta bona mobilia cõmunia, ad emendũ dictas poſſeſſiones, & ſoluiſſe pro eis pretium ex dictis bonis communibus ſic redactum.

¶6.

¶ FACTVM.

EXcauſa & lite in præcedenti allegatione cõtenta, lis etiam alia nõ parua ſecuta eſt. Nã vxor ſecũda dicti Ioan. M. conſtante iã matrimonio petijt á iudice, vt declararet quantitaté dotis à ſe ipſi ſuo marito traditæ, eũq́ cogeret, eam dotem ſuper aliquibus bonis immobilibus aſſignare, quæ pro ſecuritate dotis ipſi remanerent obligata, ad eamq́ litem filios primi matrimonij ipſi⁹ mariti vocari petijt. In qua cauſa iudex ſentẽtiã protulit declaratoriã dicte dotis. Mortuo autẽ marito vxor petebat, vt bona ipſa, & poſſeſſiones ſic aſſignatæ, pro ſecuritate dotis ſibi traderẽtur, cõtra priuigni neutrum ſibi deberi affirmabãt. Et tãdẽ in ſupremo auditorio Hiſpalẽſi ſuit iudicatum, vt dicta dotis quantitas in pecunia, non in dictis bonis, quæ vxor petebat, ſibi ſolueretur, me pro ipſis priuignis patrocinante.

¶ SVMMA.

COnfeſſio mariti de dote recœpta conſtante matrimonio non valet, & cum iuramento. nu. 1.

¶ Nullitas, quæ conſtat ex actis, vſque ad triginta annos objicitur. nu. 2.

¶ Nullitas, quæ conſtat ex inſpectione actorũ impedit executionem ſentencie. nu. 3.

¶ Dos conſtante matrimonio ſolui non poteſt, & ſoluta repetitur. nu. 4.

¶ Læſio in pretio rerũ dotaliũ ſarciẽda. nu. 5.

¶ Quod maritus, vel alius debet, doti promittitur. nu. 6.

¶ Permutatio habet locum in dote, quando læſio non interueniret. nu. 7.

SApictiſſimi. Iudi. in cauſa dotis. D. Eliſabeth. Ch. cũ priuignis, hæc pro ipſis fundamẽta adducũtur. Primo non obſtare cõfeſſionẽ dicti mariti corã iudice factã de quãtitate dotis ſibi traditæ ab ea, cũ ea cõfeſſio cõſtãte iam cum ipſa matrimonio facta ſit, & quo caſu nulli⁹ cẽſeatur eſſe momenti,
1 aut effectus, cũ reuera ſit donatio inter virũ & vxorẽ, notat Bal in l. 1. C. de do. promiſſio. Ange. in. l. penu. C. q. res. pigno. ob. po. Bart. in. l. ſi diuortio de verbo. obli. vbi. Alexan. Iaſo. & omnes ita

notant,& tenent communiter,maxime cōtra filios primi matrimo
nij,quo caſu confeſſio dotis recœptæ, etiam iuramēto firmata, non
valet,tenet Bart.in.l.cū quis decedens.§.Titia de lega.3.idē Bart.
in.l.aureliꝰ.§.fina.de libe.lega.Pet.Cin.in.l.1.C.de ſacroſan.eccle.
Bal.referendo Bart.in.l.1.C.de in offi.dona.col.4.& ibi Salice.&
eſt communis concluſio doctorum vbiq;.Item confeſſio inter per-
ſonas,in quibus eſt ſuſpicio fraudis,nihil operatur.in.l.qui teſtamē
tum.ff.de proba.in.l.ſi donatione.C.de colla.vbi.Bal.Iaſo.& alij
communiter,cum ſimili.

¶Secundo non obſtat etiam tanti temporis lapſus poſt ſententiam
declaratoriam dictæ dotis,cum ea contineat plures nullitatis cau-
ſas.Et præcipue illā,dictos primi matrimonij filios fuiſſe indefen
ſos,curatorē eis,ſaltem ad ipſam litem, datum non fuiſſe, cum mi-
nores eſſent vigintiquinq; annis,litemq; per ipſos conteſtatam nō
eſſe,neq; reliqua ſubſtantialia interueniſſe.iux.tex.in.l.prolatam,
2 vbi Bal.Salice.& omnes.C.de ſenten.☞ Nullitas autē,quæ ex ſola
ipſa inſpectione actorum ſeſe prodit,vſq; ad triginta annos eſt ad
mittēda.Ange.in.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.Anto.
in.c.cū Bertoldꝰ.fol.penu.verſi.quintꝰ caſus de re iudi.Didacꝰ Pe
rez in.l.2.tit.15.lib.3.ordi.verſi.intellige tñ ex.Corneo,& alijs.
Ancarra.notabiliter conſi.212.incip.de iure cōmuni,refert & ſeq.
Hipoli.in.l.1.§.ſi ſerui quaſi.de quæſtio.nu.7.fol.25.in paruis.cum
ſimili.

¶Confirmatur proximum fundamentum,quia quāuis nullitas exe
3 cutioni ſentētiarū oppoſita non impediat earum executionē,☞ fal-
lit tāmē quādo nullitas illa manifeſte ex actorū inſpectione cōſtat
ita Bal.in.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.de pact.Salice.in.l.1.C.ne
li.3.prouo.Imol.Alexā.& Moder.in.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de
no.ope.nū.vbi Iaſo.nu.8.dicit hanc eſſe cōmunē opinionē.

¶Præterea nec vlla ratione locū habere poterit dictæ.D.Eliſabeth
intentio,qua petit pro dote ſibi tradi poſſeſſiones ipſas dotis ſecu-
ritati per dictam ſententiā aſſignatas.Cum id a principio actū nō
ſit,ſed ſolum petierit,declarari quantitatē dotis à ſe marito traditæ,
ne cū filijs primi matrimonij ea res ſibi indubiū verteretur,vt aper
te deſignāt verba libelli,& petitionis ſuæ,cui eſt conformis & ipſa
ſentētia.Maxime autē cū poſſeſſiones ipſæ ſecuritati ſolū, non etiā
ſolutioni dotis expreſſe per dictā ſentētiā ſint aſſignatæ.Alioqui co
geremur fateri cōſtāte matrimonio ſolutionē ipſius dotis ſibi in di-

4 ctis bonis factã quod legibus vllo pacto ſtare non poteſt, ac pro inde dicta ſententia manifeſtã aliã contra ſe cõtineret nullitatem. iux. tex. in. l. vni. C. ſi dos conſtã. matri. ſol. vbi glo. & doctores communiter. ibi. quod legibus ſtare non poteſt. & c. In mò etiam ſi durãte matrimonio dos ſibi ſoluta eſſet, reſtituere eam cũ fructibus teneretur. in. d. l. vni. ſi dos conſtan. matri. ibi. cum fructibus à die refuſæ dotis reſtituatur. & c.

¶ Itẽ propter grauem læſionem, & enormẽ quæ in hoc interuenir et ad huc nullius mom\u0113ti dicta dotis aſſignatio & ſolutio erat iudicãda, cum valor illarũ poſſeſſionũ, quantitatẽ dotis maxime excedat

5 Læſio autem in valore dotis ſemper eſt ſarcienda. iuxta. tex. in. l. 16. tit. 11. part. 4. & ſimiles.

¶ Neq; obſtabunt prædictis aliqua quæ forſitan in cõtrariũ adducẽtur, ſcilicet tex. in. l. ſi ſpõſalibus. ff. de iu. dot. tex. in. l. nuptura, eo

6 tit. & ſimiles, vbi ſi ante matrimoniũ cõtractũ mulier promiſit in dotẽ, quod ipſe maritus ſibi debebat, aut ancillam, quam apud ipſũ maritum mulier habebat, illud remanet pro dote ipſius. Nã id clare diſponitur in eo, quod reuera erat ipſi⁹ vxoris etiã ante matrimoniũ. Sed hæ poſſeſſiones, quas hæc ſibi habere vult, nũquam ipſius fuerunt, ſed mariti, probatur aperte. in. d. l. ſi ſpõſalibus. ibi. quod is ſibi debebat, doti habere promiſit, & in. d. l. nuptura. ibi. quod fili⁹ tu⁹ mihi debet, id doti tibi erit. & c. Nulla igitur ratione in hoc poterir obtinere.

¶ Præterea nec ratione permutationis id locũ habere poterit, ſi dicatur ſucceſſiſſe dicta bona, in cauſam & locũ dotis, & pecuniæ. iux. tex. in. l. ita cõſtãte. ff. de iu. doti. cũ ſimili. vbi permititur permutatio in dote. Nam adhoc in prõptu etiã reſpõſio eſt. Scilicet hoc caſu nõ id actũ fuiſſe vt permutatio fieret, nec de ea verbũ vllũ, ſed ſolũ de declaratione dotis, & ei⁹ quãtitate, & ſecuritate. Idq; cõſtat tã ex ipſius agẽtis petitione, quã ſentẽcia iudicis, & dictorũ bonorũ aſſi

7 gnatione. Præcipue, cũ permutatio in dote, tunc demũ locũ habeat, quãdo maritus nullã in eo iacturam faceret, aut aliquã læſionẽ pateretur, vt declarat inſigniter Bart. in. l. ſi cõſtãte. ſolu. matri. nu. 96. quẽ ſequũtur alij ibi. At in noſtro themate vxor ex tali permutatione remaneret multo locupletior, & ipſe maritus contra pauperior. Vt ſatis probatum eſt.

¶ 7.

¶ SVMMA.

Licitum eſt pro arbitrio ædes tollere etiamſi officiat luminibus vicini. nu. 1.

¶ Contra dictam facultatem altius tollendi, & officiendi luminibus vicini, præſcriptio non currit ante diem prohibitionis. nu. 2. Etiam ſi mille anni tranſierint, & nu. 3.

¶ Lapſis nonaginta diebus a die nunciationis noui operis licebit eo caſu opus proſequi. nu. 4.

IN cauſa & lite Alfonſi. M. cū Petro. A. adducūtur ſequētia. Et primo licere cuilibet, ædes ſuas pro arbitrio to-
1 llere altius, etiāſi luminibus vicini officiat. in. l. altius. C. de ſerui. in. l. cū eo. ff. de ſerui. vrba præd. cuius verba ſunt. Cum eo, qui altius tollēdo obſcurat vicini ædes, nulla competit actio. &c. cum multis ſimilibus. Et ita notant & tenēt doctores communiter, in locis ſupra allegatis, & multis alijs.

¶ Non obſtat oppoſitio aduerſarij dicentis ſe in pariete cōmuni habere feneſtras, per quas in ædes ſuas lumen introeat, idq; per longū tēpus, ac proinde acquiſiuiſſe ius altius nō tollēdi, & luminibus nō officiēdi. Nam ad hoc nullū neq; titulū, nec cauſam oſtēdit. Nec refert per quātūcunq; tēpus illas feneſtras habuerit, cū nulla prohibitio hactenus interuenerit ne altius vicinus tolleret, neue luminibus
2 officeret, quod erat neceſſarium. Et à die talis prohibitionis incipiēda erat præſcriptio, non antea, ita diſponitur expreſſe multis iuribus, & præcipue noſtris. in. l. 15. tit. 21. part. 3. ibi. o le contrallaſſe q̃ no alçaſſe ſu caſa porq̃ no le tolleſſe la lumbre. &c. & hoc eſt certū & indubitatum.

3 ¶ Confirmatur idipſum, nam etiāſi per mille annos dictæ feneſtræ duraſſent, nulla inde præſcriptio reſultaret, aut incœpiſſet, niſi à die talis prohibitionis, ne altius tolleret, neue luminibus officeret, ad hoc eſt glo. notabilis. in. l. 1. C. de ſerui. & aqua. in glo. 1. & ibi notat Bal. Salice. & omnes cōmuniter. idē glo. in. l. qui luminibus de ſerui. vrba. præd. vbi Bart. & alij. Idem Bart. in. l. & ſi forte. §. 1. ff. ſi ſerui. vendi. Ange. & ibi Iaſo. nu. 41. dicit hanc eſſe commu-

Late. Padilla in L. actiones n°. 14. cum C. de Seruitut.

nem opinionem, in, §. æ que ſi agat. Inſti. de actio. Cepol. de ſer
ui. vrba. præd. c. 27. q. 4. cuiꝰ verba ſunt. Cuilibet eſt licitũ edifica
re domũ ſuã, etiã ſi officiat luminibꝰ vicini, vbi plura, cũ ſimilibꝰ.
¶ Ex quibus deducitur manifeſte, cũ iam nonaginta dies ſint elapſi
4 á lege ſtatuti poſt noui operis nũciationẽ, licere opus incœptũ
proſequi & perficere. Maxime cum aduerſarius nihil hactenꝰ in cõ
trarium probauerit. Et ita diſponit apud nos expreſſe tex. in. l. 9. tit.
32. par. 3. ibi. e ſi por auentura en eſte plazo no ſe pudiere delibrar
el pleyto, puede deſpues el juez otorgarle poderio de labrar. &c.

¶ 8.

## ¶ FACTVM.

DOminus Franciſcus Pontius de Leon. vxorem duxit dominã Mariam de. C. & ante matrimonium ei arrarum nomine certam ſummã pecuniæ promiſerat. In ſuo autem teſtamento iuſſit eidem numerari, quidquid ſibi obueniret iure, & filiæ communi prælegato ſeu melioratione tertiam & quintam bonorum partẽ reliquit. Quo defuncto ipſa ab hæredibus mariti petebat dictam arrarum ſũmam, veſtes, lectumq́; cotidianum, quartã inſuper bonorum partem, quæ cõiugi ſuperſtiti ob inopiam á lege conceditur. Superq́; eo facto in forma infraſcripta conſului, ſubſcripſeruntq́; huic conſilio plures aduocati Hiſpalenſes non vulgaris authoritatis.

## ¶ SVMMA.

QVarta pars bonorum debetur coniugi ſuperſtiti, ſi non habet vnde bene & honeſte poſſit viuere. nu. 1.

¶ Vidua dicitur durare in eodem matrimonio, & ideo iuxta dignitatem & honorem viri viuere debet. nu. 2.

¶ Etiam ſi vxor habeat dotem, ſi non ſit ſufficiẽs, vel alia bona, debetur quarta illa pars bonorum. nu. 3.

¶ Non ſolum ad alimenta ſed ad bene honorificeque viuendum datur. nu. 4.

¶ Etiã ſi coniunx reliquerit prælegatum tertiæ & quintæ partis bonorum, debetur illa quarta pars. nu. 5.

¶ Ante omnia deducitur, tamquam æs alienum. nu. 6.

IN themate propoſito meo iudicio dicta domina Maria de. C. vltra arrarũ ſũmam á marito promiſſam, veſteſq; & lectum, habebit etiam quartam partem bonorum mariti, legis beneficio à lege introductam in fauorem coniugis ſuperſtitis, inopiſq;. iuxta tex. in. auth. præterea. C. vnde vir & vxo. & tex. in. l. 7. tit. 13. part. 6. iure Hiſpaniæ noſtræ, quæ certe expreſſe videtur omnem dubitationem tollere. ibi. y ſi la muger no tuuieſſe de ſuyo, ni el marido le dexaſſe, con q̃ pudieſſe bien y honeſtamente biuir. &c. Vnde manifeſte colligitur eam quartam bono-
1 rum partem omnino deberi coniugi ſuperſtiti, cum non habeat vnde bene, honeſteq; poſſit viuere, quod hoc caſu eſt pluſquã manifeſtum, cum dicta domina fuerit indotata, & ex arris á marito promiſſis ali non poſſit, iuxta leges ſupra allegatas.

2 ¶Confirmatur id ipſum ex eo, quód vidua dicitur eſſe, & durare in eodem matrimonio etiam poſt mortem viri. in. auth. de nupt. §. ſoluto. vbi Bart. nu. 1. notat glo. & doctores communiter in. l. vni. §. ex actio. C. de rei vxo. act. Bart. & doct. in. l. diuortio in prin. ſolu. ma. cum alijs. Vnde claré deducitur amplis facultatibus opus eſſe dictæ dominæ, vt bene honeſteq; poſſit viuere iuxta dignitatem, & ſtatũ ſuum, & mariti, qui ex illuſtriſſima illa familia & progenie Poncij de Leon, & clariſſimi patris Marchionis de Zahara proceſſerit. Maxime autem cum hoc legis beneficium id circo ſit introductum, vt cõiunx ſuperſtes in honore & eſtimatione illa priſtina remaneat, vt dictum eſt, & notant Doctores communiter. in. d. auth. præterea. C. vnde. vir & vxo. & in. d. l. diuortio. in prin. ſolu. ma. cum alijs.

¶Nec obſtabit ſi dicatur dictam vxorem non vſq; adeo inopem
3 remãſiſſe, vt nihil in bonis habeat. Cum id, quod habet, ſibi non ſufficiat, vt dictum eſt. Idq; comprobatur ex eo, quód diſpoſitio. d. Auth. præterea. vnde vir & vxo. habet locum non ſolum, ſi mulier non habeat dotem, ſed etiam quando dotem haberet, non tamen ſufficientem, ex qua ſoluto matrimonio poſſit viuere, ita notat Bal. Paul. Salice. Alexan. & omnes in. d. auth. præterea vbi. Iaſo. nu. 9. notat. Grego. Lopez conſũmatiſſimæ eruditionis vir in dicta. l. 7. tit. 13. part. 6. quæ eſt cõmunis opinio doctorũ vbiq;.

¶Præterea hæc quarta pars bonorum legis beneficio ſic intro-
4 ducta, non ſolum datur ad alimenta vxoris viduæ, ſed etiã ad hoc, vt habeat, quo bene & honorifice poſſit ſe, ſuoſq; alere iuxta

dignitatem & ſplendorem ſuum, & mariti. Nam ſi ad alimenta tantum hæc legis benignitas introduceretur, ſufficeret in domo hæredum mariti vxorem ali, quod hoc caſu certe non ſufficit. ita notat Paul. de caſt. acutiſſime in. d. auth. præterea. nu. 5. vbi. Bal. Iaſo. nu. 3. & alij communiter.

¶ Nec adimi poterit hæc quarta bonorum pars prætextu prælegati, aut meliorationis tertiæ & quintæ partis bonorum dictæ filiæ cõ
5 muni relictæ. Nam & etiam hoc caſu locum habet diſpoſitio. d. l. 7. tit. 13. par. 6. & ita tenet & affirmat conſtanter Grego. Lopez. ibi. in verb. fijos. per plura optima fundamenta. Idq́ colligitur meo iudicio optime ex tex. in. d. auth. præterea iuncta. l. 1. eo titu. C. vnde vir & vxo. quibus hæc quarta bonorum pars ab inteſtato debetur, quo caſu omnia bona ſunt filiorum pro legitima ſua, & tamen ex eis deducẽda erat dicta quarta pars, idem igitur eſt hic dicendum quo pater bona ſua omnia inter filios diſtribuit, & dicta melioratione filiæ reliquit eam bonorum partem.

6 ¶ Quod vſq́ ad eo verum erit, vt hæc quarta bonorum pars ante omnia ſit deducẽda ex bonis mariti, tãquã æs alienum, ante quam deducatur aut legitima filiorum pars, aut dicta melioratio tertiæ & quintæ partis bonorum, & ita tenet in his expreſſis terminis. D. de Segura Hiſpalenſis noſter vir maxime eruditionis in repe. l. cohæredi. §. cum filiæ, de vulga. fol. 30. col. 2. & ſic remanet quæſtio noſtra ſatis ſufficienter, vt arbitror, deciſa.

## ¶ 9.

## ¶ FACTVM.

ELuira. R. maritum hæredem inſtituit, ea lege & conditione appoſita, vt in viduitate vir ipſe permaneret, vtq́ ſi contingeret eum vxorem ducere, bona ad ſororem ipſius Eluire. R. peruenirent. Dubitatum fuit, an conditio viduitatis in ipſo viro admittatur, ſicut in muliere lex permittit, & reſpondi in forma infra ſcripta.

¶SVMMA.

Conditio viduitatis habet locum in viro, ſicut in vxore. nu. 1.

¶Lex corrigens in vno ex correlatiuis corrigit etiam in reliquo. nu. 2.

SVper teſtamento Eluiræ. R. in quo maritum ea lege hæredem inſtituit, vt in viduitate permaneret,
1 meum eſt iudicium, eam cōditionem iure ſuſtineri, & vires ꝙ omnino obtinere in viro, quēadmodū & in ipſa muliere lex ſtatutum reliquit. in auth. cui relictum. C. de ind. vid. tollen. quæ diſpoſitio, licet ſolum in muliere ſtatuat, ad virum etiam attinere dicendum eſt, & ita notat & tenet glo. ibi. in verb. à cōiuge. quā ſequitur Iaſo. ibi. nu. 5. merito reprehendens Paul. de caſt. qui cōtrarium ibidem aſſeuerabat. nu. 5. Pro qua opinione glo. contra Paul. ego nouiter conſidero eſſe tex. expreſſum ad hoc in auth. de nupt. §. quæ vero. verſi. vnde ſācimus. ibi. ſiue vxor maritū. idē nam. ꝗ eſt vtriuſqꝫ. &c. vnde mirandum videtur Paul. de caſt. virum alioqui perſpicaciſſimū ad id minime aduertiſſe, ſed neqꝫ Iaſo. eū tex. proſe allegauit.

¶Præterea quamuis id tam aperte lege deciſum non inueniremus, facile ex alijs iuris fundamentis elici poſſet. Maxime autem ex tex. in. l. fina. quæ ſtatim ſequitur poſt. d. auth. cui relictū. C. de ind. vid. tollen. quæ corrigebat in viro etiam, quod in muliere erat hoc caſu
2 correctum. Quod idem etiam hoc themate erat affirmandum, ſi eſſemus in caſu dubio. ☞ Præcipue cum lex noua corrigens in vno ex correlatiuis, cenſeatur etiam in alio corrigere. vt eſt tex. in. l. 1. C. de cupreſ. lib. 11. notat Bart. ſalice. & alij in. d. l. fina. C. de ind. vid. tollen. vbi plura ſimilia tradit Bart. nu. 1. &. 2. Cum igitur tex. in. d. auth. cui relictum corrigat legem antiquam in vxore, dicendum erat confidenter, & in viro, quod eſt correlatiuum, eſſe correctam. Et ſic ex omni parte remanet hæc opinio corroborata.

¶10.

¶FACTVM.

IOannes. T. furore percitus vxorem ſuam gladio interemerat, minor viginti quinq; annis, cūq; ad saniorē mentem perueniſſet, iudici eccleſiaſtico fuit oblatus, vt coram ipſo cauſa clericatus agitata, á iudicibus ſecularibus eximeretur. Accidit, vt ipſo in carcere Archiepiſcopali ad id detento, inſtanter ab ipſo iudice eccleſiaſtico efflagitaret, vt ipſum é carceribus dimitteret, nolleq; ſe clericatus ordine, aut priuilegio frui conſtanter affirmaret. Qua propter iudex ipſe ad cotidianam eius efflagitationē volebat eum é carcere dimittere. Contra pater ipſius Ioannis. T. & eius curator in lite iudicē orabant, atq; monebant, ne vllo pacto eum dimitteret, in quo apud ipſum iudicē his & ſimilibus ſum vſus, quib⁹ etiam aduocat⁹ alter magni nominis ſubſcripſit, & tandem iudex ipſum renitētē in carcere detinuit, vſq; ad eius cauſæ definitionem.

¶ SVMMA.

Defenſio, etiā quæ cōpetit iure poſitiuo, renūciari nō poteſt. nu. 1.

¶ Defenſio in cauſa criminali eſt a iure naturali procedēs. nu. 2.

¶ Minor in cauſa criminali nihil ſine curatore ſtatuit. nu. 3.

¶ Licet captura fuerit a principio illicita, proceſſus ſuper ea factus, valet. nu. 4.

ADmodū reuerēde atq; obſeruāde iudex. Ex parte Ioannis. T. minoris adducūtur ſeq̄ntia. Et primo vltra id quód priuilegio clericali renūciari non poſſit, iuxta text. & ibi tradita. in. c. ſi diligenti. de fo. cōpe. cū ſimilibus, ¶ cer-
1 tū eſt non poſſe renūciari defenſioni, non ſolū ei, quæ cōpetit iure naturali, ſed neq; ſi ea competat iure ciuili, canonico, aut ſtatutario ita notat & tenet. glo. magiſtra. vt dicunt. in. l. pactum inter hæredem. in verb. liceat. ff. de pact. vbi Bart. Iaſo. & ſcribentes omnes ita notant & tenent communiter. Abb. & Docto. in. d. c. ſi diligenti. de fo. compe. & in. c. ſignificaſti. de homici. Bart. Bal. Alexan. Deci. Iaſo. & alij. in. l. vt vim. de iuſti. & iu. cum ſimili. Cum igitur. d. Ioānes minor in odiū ſui ipſi⁹ velit hāc præcipuā defenſionē á ſe abdicare, merito dicēdū eſt á iudice nullo modo eſſe admittēdū.

¶Confirmatur idipſum, nam defenſio in lite maxime criminali ha-
2 bet fundamenta & radices in iure naturali, immò verius ab ipſo
eſt introducta, & procedens. Cum id à natura ſit cuiq; tributum, in
ditũq;, vt á crimine ſibi obiecto acriter ſe defendat, maxime quan-
do timetur pœna ſanguinis, cum naturalis ſit illa viuendi dulcedo
ita notat Bal. in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. in prin. Feli. in. c. ſi diligē
ti, nu. 3. de fo. compe. poſt ali. ibi. Bart. Ange. & Imol. in. l. cuſtodias.
ff. de publi. iudi. idem Bart. & alij in. l. ſtichus. ff. de pecu. lega. pul-
chre Ioan. Andr. in. c. fina. de fo. compe. in. 6. Cicero. lib. 1. offio. di
cens. Principio generi animantium omni eſt à natura tributum,
vt ſe corpuſq; tueatur, declinetq; ea, quæ ſibi nocitura videantur.
&c. Adeo vt neq; per imperatorem aut Papam ea defenſio poſſit to
lli, in clementi, paſtoralis de re iudica. cum alijs tradunt doctores
vbi ſupra.

¶Idq; præcipue in hoc themate euidenti⁹ locum habebit, cum. d.
Ioan. T. minor ſit viginti quinq; annis, immó, & decem & octo, ha
beatq; in hac lite curatorem ab ipſo iudice ad eius tutelam, & de-
3 fenſionem datum, patrem in ſuper liti aſſiſtentem, ſine quorum
authoritate & licencia id, leuioraq; ad huc facere, aut conſequi ipſe
non poſſit, maxime autē in ea cauſa capitali, vbi de vita & ſangui-
ne eius certatur. in. l. clarũ. de autho. preſtan. C. quæ in criminali-
bus expreſſé diſponit, notantq; ibi doctores communiter, & in. l.
1. & 2. C. ſi tu. vel cu. inter. Præter id quód conſtet ipſum fuiſſe pro-
xime in furore, & nunc etiam non ſit omnino mentis compos. in. l.
fina. C. de cura. fu. vel prodi. cum alijs.

¶Præterea ob aliud etiam é carcere non eſt dimittendus, neq; eius
arbitrio, & voluntati, id eſt committendum, cum ſpōte ipſe ad car-
cerem non venerit, ſed per familiam iudicis captus, nec refert mãda
4 to id iudicis, vel ſine eo factum ſit. Nam licet captura à principio
eſſet illicita, tamen proceſſus ſuper ipſa poſtea factus valet. in. l. ſi
quis prouocauerit. C. de appella. vbi doctores refert & ſequitur Pa
ris de put. de ſindica. fol. 77. §. Si iudex. nu. 2. cum ſimili, & ſic re-
manet expeditum ſatis dictum Ioan. T. nulla id ratione conſequi
poſſe.

¶II.

¶FACTVM.

Coram vicario ſeu prouiſore Archiepiſcopi Hiſpalenſis lis agitabatur ſuper ſacerdotio, quod capellaniam vocamus, magni prouentus, eamq; petebant ſimul tres fundatoris propinqui. Quorum duo ſacerdotes in ſacris ordinibus & miſſæ erant conſtituti, tertius vero primæ tantum tonſuræ charactere inſignitus. Pro quo apud iudicem his allegationibus ſum vſus, & ſimilibus, & demum pro ipſo fuit iudicatum, & nonobſtante appellatione duorum ſtatim in ipſius poſſeſſionem beneficij per iudicem fuit miſſus.

¶SVMMA.

Coniuncti ex vtroque latere præferũtur in omni ſucceſſione, & alijs. nu. 1.

¶Conſanguinei cenſentur maiore affectione proſequi res propinquorum. nu. 2.

¶Excommunicatus nec ſibi, nec alijs adquirit ſpiritualia, nu. 3.

¶Patronus ſemel tantum poteſt eligere, aut nominare. nu. 4.

¶Appellatione clerici intelligitur etiam primæ tonſuræ. nu. 5.

¶Homicidium, & quodlibet atrox delictum inducit irregularitatem. nu. 6. etiã fornicatio cũ incorrigibilitate. nu. 7. & per ſolum mandatum, aut conſilium. nu. 10.

¶Irregularitas ipſo facto ſine

ſententia

ſententia inducitur.nu.8.

¶Irregularitas impedit obtentionem benefi-
cij,& priuat obtento.nu.9.

ERuditiſſime ſimul ac Rectiſſime iudex. Pro Iacobo
de.S.in lite cum Ioanne.B.,& Antonio.S.ſuper iure
obtinēdi capellaniam,de qua agitur,adducuntur &
faciunt ſequentia.Et primo in eo reperiri qualitates
& requiſita ad id obtinēdū neceſſaria. Maxime cum
ipſe propinquior alijs genere fundatori inueniatur.
Et ex vtroq; latere agnationis & cognationis ipſi coniunctus.¶ In
1 vtroq; autem iure ad omnes ſucceſſiones,& omnia alia ſemper præ
feruntur ex vtroq; latere coniuncti.in Auth.ceſſante.C. de legiti.
hære.in auth.poſt fratres.1.& 2.eo tit.& ibi notat Bal.Salice.& om
nes.tex.in auth.de hære.ab inteſ.veni.§.reliquū.coll.9.& in auth.
vt fratrum fil.§.1.vbi notat Bart.Ange.& omnes,cum alijs.Et ita a
ffirmandum eſt in hoc themate,cum iuxta ipſi⁹ capellaniæ inſtitu-
tionem propinquior genere ſit præferendus.

¶Præterea cum à duobus patronis hic fuerit nominatus,qui ſunt ip
ſius etiam fundatoris conſanguinei,vel ob hoc erat eius nominatio
præferenda,quamuis alij duo patroni,dictum Ioannem.M.nomi-
2 naſſent.¶ Maiore.n.dilectione & fauore proſequi cenſendum eſt
propinquos genere ſuorum res quam extraneos,ac proinde cauti⁹
& melius circa eas prouidere.Vnde emanaſſe credēdum eſt plures
conſtitutiones & ſtatuta,vt in contractibus minorum,& mulierum
& ſimilibus propinqui authoritatem,& aſſenſum præſtent.

¶Item alio fundamento conuincitur nominationem duorum pa-
tronorum in fauorem.d.Iacobi.S.præferendam,cum alter ex duo-
bus patronis,qui dictum Matthæum.C.ad eam capellaniam nomi
narunt,tempore talis nominationis eſſet excommunicatus maiori
3 excomunicatione,& anathema declaratus,¶ huiuſmodi autem ſic
excommunicati non poſſunt adquirere ſibi,nec alteri tribuere ſpi-
ritualia.Sic etiam electio de re ſpūali ab eis facta nullius cēſetur eſſe
momēti.tex.eſt ex preſſus ad hoc in.c.cū dilect⁹.de conſuetu.vbi

ita notat Inno. Hoſti. Abb. & omnes. Abb. & docto. in. c. ſi vere. de ſentẽ. excõmu. vbi Abb. nu. 9. ita reſolutiue tenet cum multis alijs ſimili. Vnde liquido conſtat nominationem illam talis patroni ſic excõmunicati nihil valuiſſe.

¶ Nec proderit dicto Mathæo. C. ſi nunc in iudicio proferat abſo-
4 lutionem á tali excõmunicatione poſtea obtentam. nam ſemel tã tum poteſt patronus eligere, aut præſentare. Ita notant doctores cõ muniter. in. c. compromiſſarius. & in. c. vt circa de electio. in. 6. notat Bart. Alexã. & omnes vbi Iaſo. nu. 9. in. l. ſerui electione. in pri. de lega. 1. cum alijs ſimili. Maxime cum ius illud nominationis & preſentationis non iure ſuo ſed alieno dicto patrono competat. Vn de cum prima nominatio non valuerit, nec ſecunda effectum obtinebit, vt notant doctores vbi ſupra.

¶ Non obſtat etiam, quod opponitur, dictum Iacobum. S. non eſſe in presbyteratus ordine conſtitutum. Cũ hoc in ipſa capellaniæ in
5 ſtitutione nõ requiratur, ſed ſolũ vt ſit clericus. Hoc autẽ nomine etiã ex propria ſignificatione cleric⁹ primæ tõſure continetur. tex. expreſſus in. c. cũ cõtingat de æta. & quali. in. c. duo ſũt. 12. q. 1. & in c. cleros. ea cau. & q. notat Abb. Hoſti. & oẽs in. d. c. cũ contingat. de æta. & quali. cum ſimili. Præſertim cum authoritate & litteris ſummi pontificis, quæ in proceſſu cauſæ reperiuntur, id videatur conceſſum, vt dictus Iacobus. S. admitti poſſit ad hoc beneficium, etiã ſi tantum ſit clericus primæ tonſuræ, idq́ aſſiduo & cotidiano vſu in praxi obſeruari, probatum ſatis eſt, vt ad eiuſmodi ſacerdotia tales clerici primæ tonſuræ habiles dicantur, & idonei.

¶ Item vltra prædicta conſtat dictum Matthæ. C. non poſſe obtinere dictam capellaniam ex pluribus alijs cauſis. Et primo quia in ipſius inſtitutione cauetur expreſſe, vt inſtituatur in ea propinquior cognatus idoneus & honeſtis moribus, apparet autẽ eum non eſſe eiuſmodi ex ſententijs contra eum latis, & probationibus cõtra ipſum factis.

¶ Præterea conſtat liquido de irregularitate ipſius, propter quam non poteſt ad hoc beneficium addmiti, idq́ ex ſententia contra eũ lata, qua probatur ipſum homicidij crimine noxiũ, occidiſſeq́ ho-

minem, & poſt eius vulnerationem per inſidias factam, ſtatim miniſtraſſe ei ſacram euchariſtiam, & miſſas celebraſſe poſt tale facinus commiſſum. Nec excuſabitur ab irregularitate prædicta, ſi dicatur id fuiſſe occultum, nam probatum eſt infamatū fuiſſe ſtatim
6 publicitus ex eo, & quamuis eſſet occultum omnino, quodlibet crimen homicidij, quodlibet etiam delictum atrox, quātumuis occultum inducit irregularitatem, & impedit promouendum, & deijcit iam promotum tex. eſt expreſſus ad id in. c. quæſitum. de tempo. ordina. in. c. ventum eſt. 1. q. 1. in. c. quicumq; de hæreti. notat Abb. & omnes in. d. c. quæſitum. de tempo. ordi. & ſic dicendum eſt in hoc.

¶ Confirmatur, quia per ſolam fornicationem cum incorrigibilitate inducitur irregularitas. tex. ad idem in. d. c. quæſitum. de tempo. ordi. vbi tenent Abb. & omnes. & in. d. c. ventum eſt. 1. q. 1. cum alijs. Vnde etiam ex hoc affirmandum erat incurriſſe irregularitatem cum per ſententiam iudicis anteceſſoris ob ſtuprum fuerit certa pœna damnatus, monitusq; ne cum illa ampli⁹ commiſceretur, quod non ſeruauit, immò probatum ſit poſtea cum ea rē ſæpius habuiſſe.

8 ¶ Item irregularitas inducitur ipſo facto, ſine aliqua ſentencia, aut declaratione iudicis, in. c. clærici. de clæri. exco. minis. & ibi notat Abb. nu. 1. & ſequntur alij omnes.

9 ¶ Prætea irregularitas impedit obtentionē beneficij, & priuat obtento. in. c. niſi cum pridem de renū. vbi. Abb. & omnes. Et ita nō ſolum adipiſci non poterit hoc, ſed etiam amiſſurus erat quodcūq; aliud beneficium in quo fuiſſet inſtitutus.

10 ¶ Item irregularitas inducitur in homicidio per ſolum mandatum aut conſilium, aut aliam ſimilem culpam, vt notatur in locis ſupra allegatis.

¶ 12.

## ¶ FACTVM.

DVrante bello inter inuictiſſimum Cæſarem Carolum quintum Hiſpaniarum regem, & chriſtianiſſimum Frãcorum regem, quidam Ioannes. V. Hiſpanus cum in portu de Caſcaes Luſitaniæ ageret, cum naui quadam ſua inde ſoluens, nauim aliã Francorum triticum Vlyſſiponem vehẽtem, portumq; ipſum iam intrãtem, vi adorſus, cœpit cumq; ea præda rurſus ad eundem portum redijt. Ibiq; nauim cum tritico & armamentis & alijs vti eam cœperat, vendidit, pecuniaq; pro ea recœpta, inde ſecedens, metu regis Luſitaniæ, iudicisq; ab eo miſſi contra eũ Hiſpalim venit. Vbi inuentus, euictionis nomine impetitur pro dicta naui, quæ per Luſitaniæ iudicẽs dominis prioribus fuit reſtituta, cum omni ſua cauſa, & impenſis, tam ipſius cauſæ & proceſſus, quam perſonalibus, vt aiunt. In qua euictionis cauſa ipſe apud ſupremos iudices Hiſpalenſes his & ſimilibus ſum vſus, & demum poſtrema ipſorum ſententia pro nobis fuit iudicatum, cum tamen prima aliorum iudicum ſententia eiuſdem tribunalis in contrariũ fuiſſet pronũciatum.

## ¶ SVMMA.

CApta in bello fiũt capiẽtium, ſi in ſuo, vel hoſtium territorio capiãtur ſecus ſi in alieno. nu. 1.

¶ Mare cenſetur ſub iuriſditione domini propinquioris. nu. 2.

¶ Capta in bello fiunt capientium quando in tuto & intra præſidia collocantur. nu. 3. & quid in mari. nu. 4.

¶ Poſtliminio res reuertitur ad priores dominos, quando ad amicos peruenit. nu. 5.

¶ Quando nauis vehebat cõmeatũ annonamque, prioribus dominis reſtituitur. nu. 6.

¶Abſenti venditori non opus eſt denunciare litem motam. nu.7.

¶Venditori non ſit denunciatio, quando certũ eſt, eum non habere defenſiones. nu. 8.

¶Emptor appellare, aut tergiuerſari non tenetur, quãdo fouet iniuſtam cauſam. nu. 9.

¶Venditor, qui expreſſe cauit, ſe non teneri euictionis nomine, ad huc ad precium, quod recœpit, tenetur. nu. 10.

GRauiſſimi ſimul ac ſapiẽtiſſimi iudices. Pro Iacobo. D. & ſocijs adducuntur & faciunt ſequentia in cauſa contra Ioannem. V. & primo in actis conſtare pleniſſime, nauim, de qua agitur vi captã in ipſo portu Luſitaniæ, vbi tutiſſimũ ei oportebat eſſe refugium, nec licebat noſtris ibi aliquã prædam facere. Maxime iuxta capitula concordiæ huius noſtri, cũ regno Luſitaniæ, quod ſolum ſufficiebat ad victoriã obtinendã.

1 ¶Secundo id etiam fundatur in eo, quod tã iure cõmuni, quã huius noſtri regni, capta in bello ita demum fiunt capientiũ, ſi præda fiat in noſtro vel inimicorum territorio, nõ in alieno. Idq; clare diſponitur in. l. 31. tit. 26. part. 2. ibi. quãdo algunos robaſſen alos q̃ traxeſſen por mar algunas coſas ſeguramente ala tierra del rey, o lleuaſſen a otra parte, que no fueſſe al ſeñorio de los enemigos, quanto deſta guiſa les tiraſſen, q̃ fueſſe tornado alos dueños primeros. &c. Vbi ponderanda ſunt verba illa, a otra parte q̃ no fueſſe al ſeñorio delos enemigos, &c. Vnde clariſſime infertur capi eam nauim minime licuiſſe, etiamſi in ipſo mari inueniretur, nedum in portu amicorũ. Quod etiam iure communi obtinet, tenet Ange. in diſpu. incip. exorta guerra, quem ſequitur Soci. in. l. 1. in prin. ff. de acqui. poſſe. col. 2. vbi alij. Floria. in. l. ſicuti. §. ariſto. ſi ſerui vendi. cum ſimili. vbi traditur capta in bello fieri capientium, quando in ſuo vel

hoſtium territorio caperentur, non ſi in alieno.

2 ¶Confirmatur hoc ipſum ☞ quia mare cenſetur eſſe ſub iuriſditio
ne domini propinquioris ipſi mari. tex. eſt in. l. Cæſar. ff. de publica.
vbi docto. & in. l. vni. C. de claſſi. lib. 11. docto. in. l. inſulæ. ff. de iu-
di. Bart. in. d. l. Cæſar. nu. 2. vbi ferè ponit quæſtionem noſtram, de
ijs qui ex portu piſano deprædabãtur, & determinat fuiſſe punien-
dos. Ad hoc ſimiliter accedit eiuſdem Bart. doctrina in tracta. de in
ſula. nu. 1. vbi tradit iuriſditionem talis domini ſic propinqui extẽ-
di ad inſulas & mare adiacens ſuo territorio vſq; ad centum millia-
ria, idem Cepol. de ſerui. ruſti. præd. c. 26. de mari, doctores in. d. l.
inſulæ. de iudi.

¶Comprobatur etiam id ipſum ex alio, quód etiamſi licuiſſet eã
prædam facere, non tamen potuit acquirere ipſius dominium, cum
ad eundem portum redierit, & intra ſua præſidia non perduxerit,
3 nec in eis pernoctauerit, ☞ quod neceſſario opus erat, vt diſponi-
tur. in. l. 26. tit. 26. part. 2. quod etiam à iure comuni habuit originẽ
in. l. poſtliminij. ff. de capt. ibi. & intra præſidia perduxerunt. &c.

4 ¶Præterea in ☞ huiuſmodi prædis maritimis inuenitur aliud ſpe-
ciale, nempe quód dum ſunt in mari, non dicuntur in tuto eſſe, nec
plene & irreuocabiliter fieri capiẽtium, cum poſſint ab eis auferri
dum ſunt in mari, & ita diſponit tex. in l. 13. tit. 9. part. 5. ibi. e ante q̃
ſalgan de la mar, ni lleguen con ellos a lugar do lo pongan en ſaluo
fallanſe con otros chriſtianos que ſe lo tuellen. &c. Et ita notat & in
telligit Doctor Grego. Lopez. in. l. 26. tit. 26. part. 2. vbi allegat
Bart. & Ange. idem tenentes.

¶Item vt alia omnia omitteremus, quis neget poſtliminij iure di-
5 ctam nauim ad priores dominos redijſſe: ☞ cum ad eundem portũ
amicorum cũ ea ſtatim redierit. Iuxta tex. in. l. poſtliminiũ. §. poſt-
liminio. ff. de capt. ibi. ſed ſi in ciuitatẽ ſociam amicam ué, aut ad re-
gẽ ſociũ amicũ ué venerit, ſtatim poſtliminio redijſſe videtur. &c.
Et ibi ita notat. Bart. & docto. communiter.

¶Vltra ſupra dicta, cum nauis triticum veheret, & commeatum an
nonamq; regno Portugalliæ, vel hæc erat cauſa ſufficiẽs ad ſecurita

6 tem, etiãſi in medio mari inueniretur, vt aperte diſponitur. in. l. 13. tit. 9. part. 5. ibi. ſi los mercaderes yuan, o venian a tierra de chriſtianos y trayan ay vianda o otra qualquiera coſa que tãbien los nauios como los hombres y todas las coſas que trayan deuen ſer tornadas en poder de los primeros ſeñores, y eſto mandamos porque de las tales mercaderias ſe aprouechan comunalmente. &c. Iure igitur optimo per iudices Luſitanos nauis cum omni ſua cauſa prioribus dominis fuit reſtituta, ac proinde euictionis cauſa rectiſſime contra dictum venditorem agitur.

¶ Non obſtat, quod opponitur, non fuiſſe ei denunciatum, litem motam ſuper dicta naui, vt poſſet eam defendere. Nã ſtatim ea vendita emptor in carcere fuit incluſus & detentus propter id, & iudices ſpeciali Regis delegatione ſimpliciter & ſummarie in cauſa procedentes, breuiſſime ad reſtitutionem nauis damnarunt, & ſententiam ſuam executioni ſtatim tradiderũt. Vnde non potuit emptor certiorem facere venditorem de lite ſic mota. Maxime autem cum ſtatim vendita naui é Luſitania diſceſſerit, nec amplius apparuerit
7 Præter id quod abſenti venditori non eſt facienda nũciatio, tex. expreſſus ad hoc. in. l. ſi ideo. in fi. ff. de euictio. ibi. ſiue autem abſit, cõmittitur ſtipulatio, & ibi præſenti venditori denũciandũ eſt. &c.

¶ Præterea cum adeo eſſet expeditum, manifeſtumq́;, nullam pro ſe habere defenſionem in ea cauſa venditorem, non fuit neceſſe ipſi fieri talem denũciationem. Diſponitur expreſſe in. l. emptorem.
8 in prin. ff. de euictio. vbi emptor non tenetur defendere rem emptam, quando notorium eſſet, habere iniuſtam cauſam, per quẽ tex. ita notat & tenet Imol. in. l. non ſolũ. §. morte. de no. ope. nun. Alexan. conſi. 67. volu. 3. Vbi allegat Imol. Fulgo. Roma. & alios idem tenentes, quòd quando conſtat venditorem non habere defenſionem, non opus eſt ei fieri nunciationem litis motæ.

¶ Non obſtat ſimiliter id, quod opponitur, emptorẽ non appellaſſe, aut ſupplicationem interpoſuiſſe ab ea ſententia. Cum ſatis probatum ſit, ab illis Luſitaniæ iudicibus, quibus negocium fuit delegatum ſimpliciter, breuiter, & ſummarié expediendum, locum nõ fuiſſe appellationi, aut ſupplicationi, nec vlli alij auxilio.
9 Præſertim quia quando ſententia contra emptorem lata fuit iuſta, non

tenetur appellare,aut tergiuerſari,ſed ei acquieſcere,notat Bal.vnice.in.l.Herẽnius.ff.de euictio.& ibi additio ad glo.dictæ.l.cum alijs.Proquo ipſe nouiter conſidero tex.expreſſum,& notandum in.l.non eſt.C.de admi.tuto.vbi tutor in cauſa minoris calumnioſa appellare non tenetur,& ibi ita notat Bal.& Salice.ſimilis tex.in.l.ſi bonam cauſam.C.eo tit.de admi.tuto.vbi in bona cauſa tutor appellare tenetur,non in mala.Vbi etiam Bal.& Salice.id notant.

¶Item nec nocet,quod probare nititur venditor,quód nauim recœpit ſuo periculo emptor,& quòd expreſſe in venditione actum ſit,ne teneretur euictionis nomine.Nam hoc probare conatur teſtibus,qui partem pretij acceperunt,ſocijsq́ ipſius,qui prædæ auxiliati,inter ſe eam diuiſerunt,qui verius partes & perſonæ principales quorum intereſt,quã teſtes,cenſendi ſunt.Et vltra id ex noſtris probationibus contrarium liquido conſtat,immò ſæpius affirmaſſe vẽditionis tempore ſe in bello iuſto,iuſteq́ cœpiſſe,indẽnitatem,& ſecuritatem confidenter,& non ſemel promiſiſſe.Præterea etiam ſi
10 ita actum fuiſſet,vt aſſeuerat,☞ad huc etiã ad pretium ſaltẽ quod recœpit reſtituendum teneretur,iuxta traditiones iuris.Præcipue in.l.emptorem.§.fina.ff.de euictio.vbi notãt docto.& in.l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.obli.vbi Iaſo.nu.38.dicit hanc eſſe cõmunem opinionem.Idem Iaſo.in.l.ſi pater puellæ.C.de inoffi.teſta.nu.4.cum ſimili.Nunc autem liquido conſtat expreſſe cauiſſe rem ſaluam,& ſecuram fore.Vt dictum eſt & probatum.

¶13.

## ¶FACTVM.

PEtrus.S.clæricus,cum teſtamẽtũ condidiſſet,& ædes quaſdã ſuas ſodalitio ſanctiſſimæ euchariſtiæ in eo legaſſet,poſtea coram teſtibus declarauit ſe ædes illas relinquere Antonio.R.cõſobrino ſuo,monuitq́ tabellionem,vt ſic ſcriberet,quod tamẽ non ſcripſit.Cumq́ ſuper ea re coram vicario Archiepiſcopi Hiſpalenſis ageretur,ipſe hæc & ſimilia pro dicto Antonio.R.adduxeram.

¶SVMMA.

¶ Legatũ & hæredis inſtitutio ſine ſcriptura ꝑ teſtes probatur.nu.1.&.2.

¶ Legata adimuntur nuda voluntate,etiã præſumpta.nu.3.&.4.

¶ Si res legata pereat, aut forma eius mutetur, adimitur legatũ, & alijs modis.nu.5.

ADmodũ.R.atq; obſeruãde iudex.Pro Antonio.R.clærico in lite cũ ſodalitio ſanctiſſimæ euchariſtiæ adducũtur,& faciunt ſequentia.Et ꝑimo probatũ eſſe ſufficienter ſupremã hãc voluntatẽ defũncti fuiſſe, vt Anto.R.ædes,de quibus agitur, obtineret.Idq; expreſſe declarauit corã ipſo tabellione,& pluribus alijs teſtib⁹,qui de ea re conſtãter deponunt.Quibus non obſtat,quod in cõtrariũ opponitur,ſcilicet legatũ illud aut voluntatẽ de ea re,in ſcriptis non apparere.

1 ☞ Nam certe id nõ requiritur,immò ſine aliqua ſcriptura probatur,& debetur legatum,immò & ipſa hæredis inſtitutio,vt aperte apud nos diſponitur.in.l.4.tit.2.part.6.vbi etiam datur forma probandi legata,& alia per teſtes á iudice in publicam formam redactos,vt ex dicta lege conſtat.

¶ Itẽ hoc ipm clariſſime deducitur,ex tex.in.l.1.tit.1.lib.5.ordina.apud nos,vbi poſt modos,quib⁹ teſtamẽtũ fit per ſcripturã,additur ali⁹ab illis diuerſ⁹ ſubiungẽs.otroſi valga el teſtamẽto cõ buenas teſtimonias.&c.

2 ☞ quod nihil aliud operari debet, quam vt etiam teſtamentum defũcti ſit & reputetur, voluntas ipſius ſuprema, teſtibus idoneis aprobata ſine ſcriptura, non ſecus ac ſi in ſcriptis iuſſu teſtatoris appareret. Ita in hoc themate expreſſe, & ſingulariter

determinat.Abb.in.c.fina.de fid.inſtru.nu.fina. quem ibi ſequntur
alij.Proquo etiã facit optime regula illa generalis quòd eandẽ vim
habeãt teſtes & inſtrumẽta.in.l.in excercẽdis. C. de fid.inſtru. cum
ſimili.

¶Quibus etiam non obſtat id,quod ex aduerſo opponitur, quòd
in teſtamẽto in ſcriptis ab eodem teſtatore cõdito diſpoſuerit quid
de ædibus illis fieri vellet,nec expreſſe id poſtea reuocauerit,nam
3 certe id non requiritur, & cum qualicumq; contraria volũtate etiã
nuda,& ſine verbis adimatur legatũ.in.l.3.§.nõ ſolũ.ff. de adi. lega.
ibi. legata adimi poſſunt,& quidẽ nuda volũtate. vbi glo.&
doctores cõmuniter tradunt etiã præſumpta volũtate adimi legata,vt propter inimicitias & ſimilia.Quod ibidẽ diſponit tex dicẽs.
Et quidẽ ſi capitales inimicitiæ interceſſerint, adẽptũ videtur.&c.
Itaq; non opus fuit hoc caſu expreſſa reuocatione,vt ex dictis colligitur manifeſte.

¶Quod etiã cõfirmatur pluribꝰ alijs in iure expreſſis.in prin.inſti.
de adẽ.lega.ibi.ſiue cõtrarijs verbis fiat ademptio, ſiue non cõtrarijs, ſed quibuſcumq; alijs verbis.vbi glo.tenet & expreſſe præſũpta
4 ſolũ volũtate adimi etiã legatũ.Idẽ probatur manifeſte in.l.2.tit.5.
lib.3.fori apud nos,his verbis. Y deſpues fiziere mãda quierq̃ ſea de
aq̃llas coſas de q̃ primeramẽte auie mãdas,la poſtrimera mãda vala.&c.vbi glo.Mõtal.in verb.vala, id expreſſe determinat dicens.
Etiã ſi de primo teſtamẽto nullã faciat mẽtionẽ.&c.Nõ eſt igitur neceſſe vt de primo legato,ſeu teſtamẽto fiat mentio,aut reuocatio,ad
hoc, vt poſtrema volũtas rata & firma cẽſeatur,vt in nr̃o themate.

5 ¶Comprobatur idipſum & ex eo quòd legatum cenſeatur adimi
mille alijs modis ſine expreſſa reuocatione, vt puta ſi res legata alij donetur in vita ipſius teſtantis, aut ſi ea res pereat,
aut amittatur, aut eius forma mutetur, & infinitis alijs propemodum nominibus.in.l.rem.legatam.ff.de adi.lega. in.l.40. & 42.
tit.9.par.6.cum multis alijs ſimilibus. Ex quibus clare deducitur,
non opus fuiſſe hoc caſu expreſſa reuocatione,aut adẽptione prioris legati harum ædium,& ſufficere declarationem,& diſpoſitionẽ
illam poſtremam ab ipſo teſtatore factam in fauorem.d. Antonij
R.vt dictum eſt.

¶14.

## ¶ FACTVM.

IVdex eccleſiaſticus excomunicationis ſententiam in ſacerdotem protulerat, ad creditoris efflagitationem. Qui, cum ab eo appellaſſet, & appellatione nõ obſtante in ea excommunicatione detineretur, ad ſupremum Regiumq́ Hiſpalenſe tribunal confugit, vt vis illa ab eo propulſaretur. Vbi negotium in vna, & rurſus in altera iudicum aula varijs ſententijs fuit agitatum, & demum pro ipſo ſacerdote fuit pronunciatum, & pro vxore principalis, pro quo clæricus ille interceſſerat, me pro ipſis patrocinante, his & ſimilibus fundamentis.

## ¶SVMMA.

SAcerdotes pro debito pecuniario excomunicari non poſſunt. nu. 1. Etiamſi ipſi ita obligentur vt poſſint excomunicari, & nu. 2.

¶ Maritus non poteſt renunciare priuilegio, ne cõueniatur vltra quã facere poſſit, nec miles, aliud in ſocijs. nu. 3.

¶ Sacerdotes nec foro ſuo, nec priuilegio, ne excomunicari poſſint, renũciare poſſũt. nu. 4.

¶ Vxor cum marito obligata pro debito pecuniario, excommunicari non poteſt,

etiāſi eo priuilegio expreſſe renunciet, nu. 5. & 6.

¶ Mulieres, cum non conueniantur vltra quā facere poſſunt, nec carcerari, nec excommunicari pro debito pecuniario poſſunt, nu. 7.

REctiſſimi ſimul ac ſapiētiſſimi Iudices pro Petro. C. clærico, & vxore principalis obligati,
1 adducuntur & faciunt ſequentia. Et primo illum eſſe ſacerdotij ordine decoratū, ac ☞ proinde nec conueniri vltra quam facere poſſit, aut in carcerē detrudi, nec excōmunicari pro debito pecuniario potuiſſe tex. eſt ad id expreſſus in. c. Odoardus. de ſolutio. & ibi ita notant & tenēt glo. & doctores communiter. Nec oberit, quod opponitur, eūdem expreſſe renunciaſſe huic priuilegio in ſcriptura fideiuſſionis, ſpecia-
2 literq́ cauiſſe, vt pro eo debito poſſet excommunicari. ☞ Nam liquido conſtat hoc eſſe priuilegium totius ordinis ſacerdotalis, & in honorem, & reuerentiam ſacerdotij conceſſum, ac proinde renūciari non poſſe, & ita tenet Imol. inſigniter in. d. c. Odoardus. de ſolu. verſi. Item iuxta prædicta quæri poteſt. 4. col. colligiturq́ ex notatis per glo. & doctores ibi manifeſte.

¶ Confirmatur idipſum, ex doctrina notabili Bart. qui in iure cunctos ſcribentes excelluit, qui in. l. alia cauſa. §. eleganter. nu. 3. ſolu.
3 ma. ſtatuit regulam generalem, ſcilicet prærogatiuam ☞ illam mariti, militis, & ſimilium, ne conueniantur vltra quam facere poſſunt non poſſe per eos renunciari, quia á lege illa introducuntur in honorem & reuerentiam perſonarum, quem ibidem ſequntur in hoc Alexā. & alij. Vbi etiā ex diuerſo idē Bart. nu. 5. cōtrariū aſſerit in ſocijs, vt ipſi poſſint ſuo in hoc priuilegio renūciare, vt pote ratione cōtrat⁹ ſocietatis ſibi cōceſſo, nō autē perſonarū fauore, aut contemplatione dignitatis, & reuerentiæ ſibi debitæ, idem tenet Alexan.

Iaſo.& Moder.in.l.miles.ff.de re iudi.vbi plura dē hoc. Quod iuſtius certe quadrat ordinì ſacerdotali, maxime autem cum in hís equiparentur militibus armatæ militiæ, vt ſcribitur & notatur cõmuniter vbi ſupra.

¶Quod ad huc etiam comprobatur argumento á ſimili renuncia-
tionis fori eccleſiaſtici, cui clærici renũciare non poſſunt. iuxta tex.
& ibi notata in.c. ſi diligenti. de fo.compe. iuncta ratione commu
4 ni decidẽdi illius diſpoſitionis. ☞ Scilicet ne clærici vagari in foro
ſeculari, & á diuinis officijs, & ſacrificijs, quibus eos intereſſe opor-
tet, auocari cogantur, vt pote in ſortem & obſequium domini ele-
cti, quod nomen ipſum clærici, aperte deſignat. in.c. clæros. 21. diſt.
cum alijs. Quæ ratio multo magis profecto militat in noſtro caſu,
cum per talem excommunicationem clærici non ſolum á diuinis
auocarentur, ſed in totum ab eis abſtinere eſſent cogẽdi. Nulla igi
tur ratione ſuſtineri poterit, vt ſacerdotes ſic excõmunicari pro de-
bito pecuniario valeant, aut tali excõmunicationi aſſenſum præbe
re vllo pacto, cum nec foro ſuo renunciare poſſint, quod eſt multo
minus, argumento ſũpto á minori ad maius negatiue. in auth. mul-
to magis. de epiſ. & clæ. vbi Bal. & alij. cum ſimilibus. Pro quo etiã
benefacit doctrina illa Specu. tit. de renun. & concluſione. col. 4.
vbi ponit eandem rationem priuilegiorum in clæricis, ſcilicet ne
auocentur á diuinis officijs & orationbus, notant ſimiliter docto-
res communiter, vbi ita tradunt in.c. dilecto de fo. compe. & in.d
c. ſi diligenti. eo tit. nulla igitur ratione admitti debet, vt prædictꝰ
ſacerdos pro debito pecuniario, quod & ipſe non contraxit, nec de
bet, excommunicationi ſubiaceat.

¶Idem dicẽdum eſt de vxore ipſius debitoris principalis, quæ etiã
vinculo excõmunicationis pro eodẽ debito per iudicẽ innodata
5 eſt. Et ☞ quòd excõmunicatio in ea locũ nõ habeat, etiãſi foro eccle
ſiaſtico ſe ipſá addixerit, ac in ipſa obligatione ſe excõmunicari po-
ſſe, conſenſerit. Cũ impoſſibiliũ nulla ſit obligatio iuxta vulgaria.
Impoſſibile autẽ eſt, vt mulier, quæ virum habeat, debita vná cum
marito contracta, ipſa poſſit exoluere, cum vir ipſe dominus ſit &
adminiſtrator, tam rerum paraphernalium, quam dotalium, cæte-
rarumqꝫ omnium ſuarum & vxoris, nec ipſa poteſtatem vllam
habeat in bonis matrimonio durante. in.l. doce ancillam. C. de rei

vendi.in.l.in rebus.C.de iu.doti.in.l.fina.tit. 4.lib. 5. ordina. cum infi.ſimilibus. Vnde nolente marito talia ſoluere debita vxor in excõmunicatione ſine ſpe abſolutionis perpetuo remaneret. Quod eſſet abſurdiſſimum, & contra iuris begnignitatem & æquitatem. Addo, Hipoli. in rub. de fideiuſſo. nu. 159. vbi plura adducit.

6 ¶Comprobatur id ipſum, quia ☞ ſpeciali fœminarum priuilegio introductum eſt, ne pro debito pecuniario in carceribus detineri poſſint, nec fideiubere, aut iudicio pro alijs intereſſe & ſimilia in.l.fina.in.rub.& per totũ.C.ad velleia. in.c.mulieres. de iudi. lib. 6.in.l.ad eggregias.ff.de iure iu.vbi Bart.& alij. Idq; propter fragilitatem, & facilitatem mulierum, & ipſarum honeſtatem, & in totius ſexus fœminei prærogatiuã. Vt tradunt doctores cõmuniter, maxime Paul.de Caſt.in.d.rub.C.ad velle. & in.l.1.C.de offi. diuer. iu.& in auth.ſed nouo iure. eo tit.in.d.l.ad eggregias de iure iu.& in.l.conſentaneum.C.quomodo & quando iud.in.l.62. Tauri. vbi ſcribentes noſtri. Sic igitur in propoſito negotio dicẽdum eſt, mulieres ipſas, maxime autem nuptas, excomunicari pro debito pecuniario non poſſe, quod vergeret in opprobrium, & contumeliam ipſarum, immò & in damnum & incommodum irreparabile animarum, vt dictum eſt, & renunciarent priuilegijs in fauorem perſonarum conceſſis, quod nullo modo habet locum, vt dixi ſupra nu. 3. Præſertim cum nutu, & voluntate maritorum paſſim obligari cogantur, etã inuitæ & reluctãtes, quod optimo iure vetitum reperimus.in.l.61. Tauri huius regni noſtri. Facit optime, qnod tradit Rode. Xuarez.in.l.2.de los gouiernos.fol.183.quòd mulieres eiuſmodi priuilegio, ne pro debito in carcere detineri poſſint, renunciare nequeant, etiamſi expreſſe omni legum auxilio renunciaſſent. Et idem dicendum eſt in themate propoſito excommunicationis.

¶Præterea hoc ipſum confirmatur argumento meo iudicio inuin-
7 cibili, cum.n. ☞ mulieres pro debito pecuniário in carcere detineri non poſſint, neceſſario conſequitur, eas nec vltra quam facere poſſunt, conueniendas. Quod liquidiſſime colligitur ex tex, glo. & ibi notatis per Doctores in.l.miles. de re iudi. in.l. ſunt qui in id. cum.ll. ſequentibus. eo tit. in.l. alia cauſa. vbi Doctores cõmuniter. Solu. ma. in. §. item ſi de dote. inſti. de actio. vbi. Fab. Ange. Iaſo. & omnes. Si autem excommuni-

cari pro debito mulieres poſſent, & vltra quàm facere poſſent, cōuenirentur. Cum igitur illi prærogatiuæ, non exigēdi ab eis vltra facultates ſuas, renunciare nequeant, vt ſatis ſupra probatum eſt, nec illi, ne in carceribus detineantur, conſequitur euidenter, nec excomunicationi eiuſmodi conſentire poſſe, aut remedio ne excomunicētur renciare, de quo agim⁹. Quód autē in foro ecclíaſtico locū habeat. d. l. 62. Tauri & ſimiles ne fœminæ, p debitis in carcere detineri poſſint, colligitur manifeſte, ex. l. 5. tit. 4. lib. 1. ordi. apud nos, quod leges huius regni ſeruentur etiam in terris eccleſiæ, & tota ſua iuriſditione. Et ſimiliter ex tex. & ibi notatis per Doctores. in. c. 1. de no. ope. nun. quód ſeruetur ius ciuile, etiam in foro canonico, in illis, quæ iure canonico diſpoſita non inueniuntur, & contra. Vnde euidentiſſime tam iure Pontificio, & ciuili, quam huius noſtri regni, & ipſorum principijs, & axiomatis liquidiſſimis deducitur, mulieres non poſſe pro debito pecuniario excommunicari, etiamſi in obligatione per ipſas contracta conſenſerint, vt poſſent excommunicari, & ſic ſentiendum ſit & iudicandum in noſtro caſu.

Hec l. ordinam[...] quitur in differ[...] casu, hoc est q[...] cop[...] uel delecta [...] jurisdictionem [...] riam secularem [...] poralem. ut ibi [...] Perez glo. 1.

¶15.

## ¶FACTVM.

CVm filia naturalis à fratribus legitimis alimenta peteret, hæc & ſimilia pro ipſa adduxeram.

## ¶SVMMA.

PAter non ſolum in vita alere tenetur filios naturales, ſed etiam poſt mortem relinquere eis alimēta ſufficientia. nu. 1. & 2.

¶Fratres tenētur alere fratres & ſorores naturales. nu. 3.

¶Pater tenetur iterū dotare filiā, ſi velit nubere, & prima dos ſit amiſſa. nu. 4.

¶Fratres tenētur dotare ſorores ex eodem patre. nu. 5.

SApientiſſimi Iudices. Pro Chatharina. M. adducū
tur ſequentia in lite cum fratribus. Et primo cum
1 cōſtet eam naturalem eſſe filiam communis ☞ pa-
tris neceſſariò alimenta neceſſaria eidem eſſe mi-
niſtranda, iuxta ius naturale, ciuile, & canonicū,
& huius noſtri regni. in. l. ius naturale. ff. de iuſti.
& iu. in. §. ius naturale. inſti. de iu. na. in. c. cū haberet de eo qui du.
in matri. in. l. 1. & per totum tit. ff. de libe. agnos. in. l. 8. tit. 13. part. 6.
ibi. & ſi por auentura el padre no ſe acordaſſe de tal fijo como eſte
eſtonces los herederos del padre ſon tenudos de le dar lo que fuere
meneſter para ſu gouieno. &c. Ex quo clare cōſtat etiam poſt mor-
tem patris eſſe ei tribuenda alimenta, etiamſi in vita pater eos alui-
ſſet. Vt clariſſime diſponitur in. d. l. partitæ.

¶ Confirmatur hoc ipſum, quia pater non ſatiſfaceret obligationi
2 naturali, qua filios tenetur alere, ſi in vita tātū hoc præſtitiſſet, ☞ ni
ſi etiam poſt mortem ad ipſorum vitam alimenta ſufficientia relin
queret, cum bona habeat, ex quibus idipſum poſſit adimplere. Et
ita notant & tenēt doctores communiter. in auth. quod locum. C.
de colla. vbi Iaſo. nu. 8. ita tradit Bart. in auth. ex complexu. C. de in
ces. nupt. Abb. nu. 5. & ſeque. vbi alij. in. c. cū haberet. de eo qui. du.
in ma. cum multis ſimillibus.

3 ¶ Quod etiam comprobatur manifeſte ☞ ex hoc quód obligatio
illa alimentorū extēditur etiam ad fratres legitimos, vt & ipſi alere
teneantur fratres & ſorores naturales, vt eſt tex. expreſſus, non ita
paſſim conſideratus. in authen. quib. mo. na. effi. ſui. §. fina. ibi natu-
rales paſci à legitimis. &c. & ibi ita notant & tenent doctores com-
muniter, vnde vel hoc ſolo nomine ſoror hæc alimenta, quæ petit,
obtinere deberet, à fratribus, etiam ex eorum bonis, nedum ex pa-
tris ampliſſimis facultatibus ipſis relictis.

¶ Quibus non oberit, quód pater viuus eā dotauit, & matrimonio
copulauit, & quód dos ſuccedat loco alimentorum. Nam id certe
non ſufficit. Cum ea dos iam ſit amiſſa & conſumpta ſine culpa filiæ
& ipſa vidua, & ad inopiam redacta ſit. ☞ Quo caſu pater non ſolū
4 alere denuo filiam tenetur, ſed & iterū dotare, ſi rurſus filia velit nu-
bere, quod procedit ex illa obligatione naturali alendi filios. Et
ita notat & tenet Salice. in auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. actio. in
fina.

fina.verb.refert,& ſequi. Suarez in.l.quoniā in prioribꝰ. de inoffi. teſta.fol.44.col.1.cum alijs ſimilibus.Probatur etiam aperte in. l. ſiquis à liberis.§.1.&.2.& per totā.l.ff.de lib.agnoſ.vbi Bart.& alij.

¶Item prædicta maiori cū ratione hoc caſu,de quo agitur,militant
5 ☞ Cum fratres teneātur dotare,& nuptui tradere ſorores ex eodē patre natas,tex-expreſſus ad id in.l.cum plures.§.cum tutor.ff.de admi.tuto.doct.vbi Bal.2.col.in.l.fina.C.de dot.pro.refert & ſeq. Xuarez in.l.quoniā in pioribꝰ.fol.63.col.1.cum alijs.Cū igitur huiuſmodi fratres dotare tenerentur ſororē hanc, etiam ex ſuis bonis, et exconsequenti eam alere — cum dos ſuccedat loco alimentorum, multo magis ad id teneri judicandum a eſt, ex tot bonis à patre ſibi relictis et sic multis nominibus Justi ſſimam cauſam fouere cenſensa est.

16.

## ¶FACTVM.

DOmina Eliſabeth.V.petebat à fratre meo quaſdā ædes,qui cōtra aſſerebat nūquā ad ipſam pertinuiſſe,& ſi quādo ius aliquod in eis habuiſſet,illud amiſiſſe,tā legitima tēporis preſcriptione, quā ipſarū alienatione,per maritū eius facta, cui ipſa hæres extitiſſet,ex perſona filij communis,qui patri vniuerſalis hæres fuit,& ipſa filio.In quo cū duæ ſententiæ in eius fauorem latæ eſſent, poſtrema tamē ſupremorū iudicū Hiſpalēſiū ſententia cōtra eā fuit pronūciatū, & obtentum,me pro fratre ipſo patrocinium præſtāte his & ſimilibꝰ fundamētis.

## ¶SVMMA.

PRoducenti inſtrumētū incūbit onus probandi eius authoritatem.nu.1.

¶Ius tertij poteſt opponi, quādo eſt excluſiuū iuris alterius ipſo iure.nu.2.

# Informacionū Deciſionum &

¶ Filius non præſumitur adiuiſſe hæreditatem patris, niſi probetur. nu. 3.

¶ Poſſeſſio requiritur ad acquiſitionem dominij. nu. 4.

¶ Eſtimatio rei dotalis quando facit emptionem. nu. 5.

¶ Hæres hæredis pri mi teſtatoris est heres nu. 6. Vbi quod i inter coheredes habeat locum ius accreſ cendi n° 6.

¶ Si hæres non confe cit inuentarium here ditas ſufficiens eſſe presumitur n° 7

¶ Præſcriptio licet non currat mulieri in rebus dotalibus, in alijs ſecus. nu. 8.

¶ Pro expenſis, & melioramentis competit retentio, nec fit compenſatio cum redditibus, quando per melioramenta res ipſa fuit facta pretioſior, & maioris redditus. nu. 9.

SApientiſſimi Iudi. Pro Iacobo. L. adducuntur ſequentia in cauſa cum. D. Eliſabeth. V. Et primo conſtare ſatis ſuperq; ædes, de quibus agitur, ad ipſum pertinere. Idq; tam teſtibus ſufficientibus, quā ſcripturis & documentis, poſſidereq; eas, & poſſediſſe per plurimos annos ſine aliqua controuerſia. Neq; obſtabunt ſcripturæ & inſtrumēta, quibus ipſa nititur probare ad ſe pertinere, cum nec ſint authētica, nec originalia, nec fides
aliqua eis ſit ad hibenda. Maxime autem tam antiquis, à pluſquam ſeptuaginta annis. Cum q; nec authoritas eorum ab ipſa ſit probata
1 nobis ſemper id ab initio litis opponentibus. ¶ Ipſi autem producenti incumbit onus probandi authoritatem ipſorum, iuxta tex,

ad id expreſſum. in. l. 11 4. tit. 18. par. 3. notat doctores, maxime Bal. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cer. pcta. Notat & tenet Xuarez in. l. poſt rem iudicatam. fol. 15. vbi communiter id traditur.

¶Præterea ex alijs etiam fides dictis inſtrumentis derogatur, præſertim cum in eiſdem aſſeratur anteceſſores ſuos ædes illas emiſſe, á quibuſdam monachis nulla ſolennitate præcedente, quo caſu ius nullum accipienti acquiritur. in clementi. 1. de reb. ecclæ. non ali, ibi neq; ex conceſſione eiuſmodi ius aliquod recipienti acquiratur. & in. c. 1. de reb. ecclæ. non ali. Ibi decernimus non valere. &c. Neq; obſtat ſi reſpondeatur hoc ius eſſe alterius tertij, ac proinde opponi non poſſe.
2 Cum hoc ſit excluſiuum iuris agentis ipſo iure, quo caſu ius etiam tertij opponitur, atq; obſtat. Notat Paul. de Caſt. in. l. cum ſeruum. C. de ſerui. fugi. poſt Bal. Salice. & alios, ibi Abb. in. c. veniẽs. nu. 25. de præſcri. Bart. in. l. 2. ff. de except. rei iudi. quos refert & ſequitur Iaſo. in. l. qui Romæ. §. Flauius. de verb. ob. nu. fina. in fi. Feli. in c. cum ſuper de re iudi. cum ſimilibus.

¶Item non conſtat eum, á quo ſe cauſam habere dicit adiuiſſe hæreditatem autoris ſui,
3 nec ſi ſit filius adiuiſſe, aut ſe hæreditati immiſcuiſſe præſumitur, niſi probetur expreſſe, cum filius habeat beneficium abſtinendi. glo. notabilis in. l. ſi cum dotem. §. trãſgrediamur ſolu. matri. in. glo. fina. cum qua eſt magis cõmunis opinio ſecundum Iaſo. nu. 1. in. l. ei, qui ſe non immiſcuit. ff. de acqui. hæredi. poſt Bart. Areti. Alexan. & alios. ibi. & in pluribus alijs locis. Vbi tradunt filium habere fundatam intentionem ſe non adiuiſſe, niſi probetur immixtio in hæreditate.

4 ¶Præterea non apparet poſſediſſe vnquam ædes illas, quod eſt neceſſe ad dominij acquiſitionẽ. in. l. cum hæredes. in prin. ff. de acqui. poſſe. in. l. 1. tit. 14. par. 6. ibi. y tiene muy grã pro la tal entrega al heredero, ca por ella gana el señorio luego della, quando ſe haze con derecho. &c. in. l. traditionibus. vbi notat Bal. Salice. & Moder. C. de pact. in. §. per traditionem de re. diui. cum multis alijs.

¶Item vt illa omnia omitteremus, conſtat liquido ſe cum creditoribus mariti defuncti egiſſe, ac pretium dictarũ ædium obtinuiſſe,

ſaltem pro dimidia parte earum, quam in dotem marito dediſſe fa-
5 tetur æſtimatam, ☞ quæ æſtimatio veram fecit emptionem. in. l. ſi res æſtimatæ. in. l. quoties. C. de. iu. dot. in. l. 16. tit. 11. par. 4. ibi. y a precio ſeria quando dixeſſe el que la da do vos tal caſa o tal viña en dote y apreciola en cien marauedis. &c.

¶ Conuincitur ad huc euidentius ac fortius, cum manifeſte appareat, maritum ipſum ſuum ædes has ante plurimos annos vendidiſſe pretio pro eis recœpto. Ipſa autẽ hæres iam eſt ipſius mariti, me-
6 diante hæreditate cõmunis filij, qui ipſi patri hæres extiterat, ☞ Hæres autem hæredis primi illius teſtatoris cenſetur eſſe hæres in. l. fina. C. de hære. inſti. vbi notant doctores communiter, ac proinde tenetur ipſius mariti facto acquieſcere, nec contra venire poteſt. in l. cum á matre. C. de rei vendi. in. l. ex qua perſona. ff. de regu. iu. in l. 24. tit. 13. par. 5. Nec obſtat quòd maritus ipſe filiam etiam cõmunem vna cum filio hæredem inſtituerit, cum ipſa hæreditatem patris expreſſe repudiauerit, ac proinde eius pars fratri cohæredi per ius accreſcendi fuerit quæſita. in. l. vni. ☞. his ita. C. de cadu. Tollen. in. l. vni. C. quando non peten. par. & in. l. re coniuncti. de lega. 3. vbi notant & tenent doctores communiter.

¶ Nec proderit inuentarium bonorum ipſius filij, quo ſe tutari vellet, cum ſine citatione creditorum, & in eorum fraudem cenſeatur factum, ad quorum petitionem in carcere detinebatur filius, vbi etiam & mortuus fuit. Præter id, quod hoc caſu non tantum habenda
7 ſit ratio inuentarij ipſius filij, quam patris & mariti, ☞ cuius hæreditas preſumitur fuiſſe ſoluendo in. l. fina. ☞. in computatione. C. de iu. de libe. in auth. de hære. & falci. ☞. ſi vero non fecerit. cum ſimili. vbi notãt doctores communiter.

¶ Præterea ex alijs etiam conuincitur, maxime autem præſcriptione legitima tanti temporis. Quòd ſi obijciatur, mulieri, quæ virum habeat, non obeſſe temporis curſum. in. l. 8. tit. 29. part. 3. reſpondebo ettiam poſt mortem mariti præterijſſe iam decem annos inter præſentes, quod eſt tempus ad inducendam præſcriptionem ſufficiens. Vltra id quod maritus prius fuiſſet abſens, & ipſa interea potuiſſet agere impetrata á iudice agendi facultate iuxta legẽ Tau-
8 ri. ☞ Præterea dicta. l. partitæ diſponit tantum in bonis dotalibus,

vt in eis vxori non currat præſcriptio, ſecus igitur in paraphernis, & alijs dicendum erit. Vnde ſaltem quo ad dimidiam partem harũ ædium, quæ in dotem minime data fuit, & á fratre dicitur conſecuta, habere locum præſcriptionem legitimam minime negandum eſt.

¶Poſtremo non omittendum videtur illud de ſũptibus, & expenſis in hiſce ædibus factis, ex quibus factæ ſunt pretioſiores, cum an-
9 tea eſſent tantum ſolum, & area, ☞ quod etiam erat ſufficiens ad retentionem earum, caſu, quo ad eam pertineret. in. l. ſi in area. ff. de cond. in debi. vbi notat Bart. & Moder. communiter, maxime Iaſo & alij, eſt expreſſe deciſum apud nos in. l. 45. & ſequen. tit. 5. par. 5. Nec locum haberet eo caſu compenſatio cum redditibus ipſarum, cum propter ſumptus ipſos & meliorationes, vt ita dicam, pretioſior res effecta ſit. in. l. cæterum. ff. de rei vendi. ibi. improbe tamen deſiderabit petitor fructus æſtimari, qui ex artificio eius percipi poterunt, quod artificium ſumptibus poſſeſſoris didicit. Et ita per illum tex. notat Bart. & docto. ibi. Paul de Caſt. conſi. 386. refert & ſequitur Neguzan. de pigno. 4. memb. 5. part. nu. 21. vbi plura.

## ¶17.

## ¶FACTVM.

QVidam obligatus erat ſoluere cenſum, ſiue tributum ſingulis annis ſuper bonis immobilibus, ſub hyphotheca ſpeciali ipſorũ. Cũq; prædicta bona ad me, & alios duos tertios poſſeſſores deueniſſent, agebat dominus cẽſus, vt ſinguli in ſolidum ad cenſum illũ ſoluendum obligaremur. Nos cõtra pro parte tantum ſoluturos fore contendebamus. In quo prima iudicis inferioris, & ſecunda ſupremorum iudicum Hiſpalenſium ſententia pro nobis fuerat iudicatum, & demum tertia & vltima contra fuit pronũciatum, vt ſinguli ad cẽſum inſolidũ obligaremur, ita vt vnius ſolutione integra alij liberarentur. Ad quod meo iudicio hæc & ſimilia mouere potuerunt.

## ¶ SVMMA.

Actio hypothecaria cõpetit in ſolidum contra quemuis poſſeſſorem. nu.1.&.2. & quod idem ſit in cenſu & redditibus annuis.

¶ Actio & ius hypothecæ eſt indiuiduũ, & tranſit ad poſſeſſores ſine aliqua diuiſione. nu.3.&.4. & idem in cenſibus.

1 Actio hypothecaria competit in ſolidum ad res ſingulas hypothecæ nexu obligatas. tex. eſt expreſſus ad id. in. l. creditoris. ff. de diſtra. pigno. & ita ibi notat & tenet Bart. in prin. & nu.3. dicens hoc eſſe contra opinionem ruſticorum. Idem Bart. in. l. mulier. ff. qui po. in pigno. ha. nu.1. refert & ſequitur Suarez in. l. poſt rē. de re. iudi. fol.139. nu.14. vbi dicit ſe obtinuiſſe in praxi. Non dubium igitur eſt, quin hoc themate, de quo agitur, competat hypothecaria ad totum cenſum contra quemlibet poſſeſſorem, & ſingularem ſucceſſorem.

2 ¶ Secũdo ad id eſt tex. expreſſus in. l. Moſchis. ff. de iu. fiſ. vbi idē tenet glo. in verb. omnes. tenet etiam Bart. ibi nu.1. idem Bart. in. l. 1. C. ſi vnus ex pluri. hæredi. Specu. de obliga. & ſolu. §.1. verſi. item debitor meus. Iaſo. in §. item ſi quis in fraudem. de actio. nu.128. Neuuzan. de pigno. nu.48. cũ ſequen. primo membro. 8. part. principalis. refert & ſequitur. D. Couarru. lib.3. reſolu. c.7. vbi refert Corne. & alios idem tenentes, & dicit hanc eſſe communem opinionē, etiam in noſtro caſu annui redditus.

3 ¶ Confirmatur id ipſum ex eo, quòd ius illud hypothecæ ex ſua natura eſt indiuiduum. Vnde tranſit cum rebus ipſis hypothecæ ſub-

iectis ſine aliqua diuiſione, ac proinde inſolidum cum ipſis. Ita diſponit expreſſe tex. in. l. quamdiu. C. de diſtra pigno. notat & tenet Bal. Salice. & omnes. ibi. tenet Neuuzan. de pigno. vbi ſupra. & in 1. memb. 6. partis. nu. 20. vbi addit etiam eius diſpoſitionis rationẽ, nempe ne cogatur creditor cum pluribus poſſeſſoribus minutatim & per partes agere, & conſequi debitum ſuum. Idem diſpoſitum inuenitur expreſſe. in. l. 1. C. ſi vnꝰ ex plu. hæredi. & ibi ita notat Salice. poſt Bal. & omnes, quod hypothecaria actio detur in ſolidum contra quamlibet rem hypothecæ ſubiectam, & quemlibet eius poſſeſſorem.

¶ Quibus non obſtabit tex. in. c. conſtitutus de religio. domi. vbi
cenſus debitus ab ecclæſijs quibuſdam authoritate ſum Ponti. diui-
ditur pro rata inter eas. Ex quo Guido Papæ. & alij quos allegat
D. Coua. d. c. 7. reſolu. nu. 8. conati ſunt tenere ex æquitate diuiden
4 dam eſſe hypothecariam actionẽ inter poſſeſſores pro rata. ¶ Nã
certe pace ipſorum dixerim. in. d. c. conſtitutus id non probatur,
nec ex eo id bene deducitur. Cum aperte diſponat in eo caſu, quo
pẽſio ſeu redditus debebatur pro pluribus ecclæſijs ſine hypotheca
aliqua generali, vel ſpeciali, notat Abb. in. d. c. conſtitutus. nu. 8. &
alij ibidem. Nos autem agimus quando ſuper ipſis rebus cum hypo
theca generali vel ſpeciali obligatio cenſus conſtituitur. Vnde me
rito ſane. D. Couartu. vbi ſupra concludit á iudicibus non admitti
opinionem hanc, ſed potius illam primam, quòd competat dicta
actio in ſolidum contra quemuis rerum illarum poſſeſſorem, vt ſu
pra ſatis deductum, & probatum ſatis eſt. Et certe nullum fundamẽ
tum meo iudicio quadrare poteſt, ad tenendum opinionem con-
trariam. Vnde in hac mea cauſa non potui animum inducere, ad in
formandum iudicum animos in hanc partem, nec verbum de ea re
vllum apud ipſos feci, cum intelligerem iuſtum illud eſſe, quod à
me ſic exigebatur.

¶ 18.

## ¶ FACTVM.

# Informacionũ Deciſionum &

DOmina Vrſula. G. durante matrimonio ſe bonaq; ſua dotalia obligarat, pro quibuſdã annuis redditibus, cum iuramento, & renũciatione legum Tauri, & alijs renunciationibus, vt vulgo in Hiſpania nuptæ mulieres cum maritis ſolent obligari. Cõtigit vt ipſo marito defuncto, & ipſius bonis dotalibus ei reſtitutis, ad petitionem creditorũ, quibus dicta bona dotalia pro annuis illis redditibus tenebantur, ipſa ſint diſtracta per iudicem. Vnde petebat ſibi reſtitui precium, & æſtimationem dictorum bonorum dotalium, & ſe indemnem ſeruari. Contra creditores alij ipſius mariti, ſe eſſe præferẽdos in bonis mariti, contendebant. Maxime cum haberent cautiones ſufficiẽtes ab ipſo cũ hypotheca bonorum. Vxor autem affirmabat ſe actione ex ſtipulatu de dote prius contracta precium illud conſequi debere, idq; tandem obtinuit ſupremorum iudicum Regij auditorij Hiſpalenſis ſententijs. Non obſtantibus his & ſimilibus fundamentis, quibus ipſe, alijq; aduocati non vulgaris authoritatis apud ipſos iudices vſi ſumus.

## ¶ SVMMA.

VXor cõſtante matrimonio efficaciter obligat bona dotalia cum iuramento & renunciationibus ſolitis. nu. 1.

¶ In dote & vniuerſalibus precium ſuccedit loco rei, & quomodo ſit intelligendum. nu. 2.

¶ Vxor obligata cũ viro habet actionem mandati contra ipſum. nu. 3.

¶ Alimenta debentur vxori intra ãnũ, nõ poſtea, nec poſt dotẽ reſtitutam. nu. 4.

¶Omiſſa conſulto in inuentario
in duplum reſtituuntur. Et pro
valore iuratur in litem. nu. 5

PLurimum obſeruandi, ſapientiſſimiq; Iudices. Pro
Hieronymo. H. & Gaſpare. Q. hæc adducuntur con-
tra. D. Viſulam. C. Primo obligationes & cautiones
dictorum Hieronymi. & G. eſſe ſufficienter emiſſas,
prioresq; tempore quam illæ, quæ pro annuis reddi-
tibus, contractæ fuerunt, pro quibus bona ſua dotalia vendita con-
queritur. D. V. vnde conſtat eos eſſe preferendos.

¶Quibus non debet obeſſe, id quod in contrarium objicitur, cum
ipſa ſponte ſe ſuaq; obligauerit pro dictis cenſibus cum iuramento
1 & renunciatione legum, tam Tauri, quam aliarum. Quo caſu non ſo
lum valet talis obligatio, & eſt efficax, ſed etiam venditio, & alie-
natio bonorum dotalium valeret, etiamſi inæſtimata in dotem da
ta fuiſſent. Ita determinat Bal. in Auth. ſiue à me. C. ad velleia. quæſ.
fina. & Sali. ibi. quæſ. 2. eſt tex. vbi docto. in. c. cum, contingat de iu
re iu. cum ſimili.

¶Non obſtat etiam id quod pro ipſa adducitur, precium illorum
bonorum dotalium, ſuccedere debere in locum ipſorum, cum regu
lariter in vniuerſalibus iudicijs, quale eſt dos, precium ſuccedat lo
co rei, vt in. l. ſi rem & precium. ff. de peti. hæredi. Et quód ita in ſimi
li. quæſ. conſuluerit Bart. conſi. 134. nu. 2. & ſeq. vſq; ad fi. Cum hoc
caſu ipſa marito defuncto bona illa dotalia & recœperit, & poſſe-
2 derit, reſtitutis autem bonis dotalibus expirant priuilegia dotis, vt
notant docto. communiter in Rub. ſolu. matri. vbi Iaſo. nu. 13. ita cō
cludit, & tenet. Ex quo etiam clare deducitur, ceſſaſſe iam priuille
gium illud dotis, vt pretium ſuccedat loco rei, & illud, quòd actio-
ne de dote velit cæteris creditoribus mariti preferri. Idq; colligitur
ex mente Bart. in. d. conſi. cum ſolum in eo tractet de alienatione
fundi facta conſtante matrimonio, non poſtea, vt hic & ex alijs per
cum ibi adductis.

3 ¶Præterea,ſi quam habet ad bona mariti actionem, ea erit potiſſimum actio mandati,qua præſumitur pro ipſo viro fideiuſſiſſe,mandato ipſius tacito vel expreſſo,vt notatur cõmuniter in Auth. ſiue á me.C.ad velle.& ſic illa actio mandati,poſt obligationem ab ipſa factam orta cenſenda eſt,non ante. Vnde priores eſſe iudicandũ eſt dictorum creditorum cautiones,& hypothecam,& ex conſequẽti eidem præferri debere.

¶Similiter non habebit locum,quod vltra petit,alimenta ſibi poſt
4 ſolutum matrimonium eſſe aſſignanda,& exoluenda. ☞ Cum illa
ab hæredibus mariti ſint exigenda,idq́ intra annum, non vltra. in
l.vni.§.exactio.C.de rei vxo.actio.notat Bart. & docto. communiter.in.l.diuortio.ff.ſolu.ma.& cum dos ſibi non reſtitueretur, hic autem ſtatim ſoluto matrimonio,bona ipſa dotalia ſibi fuerunt reſtituta,& ipſamet hæres eſt ipſius mariti vniuerſalis.

¶Præterea habenda erat ratio ornamentorum auri, & argenti cæterorumq́,quæ,in inuentario á ſe confecto non apparent & ex pro-
5 bationibus liquent. ☞ Quæ ſunt ei imputãda omnia, idq́ in duplũ
quia ea occultauit. iuxta tex.& ibi tradita.in.l.fina.§. licencia. C. de iu.de libe.& pro valore eorum deferendum eſt iuramentum in litem, vt traditur communiter in.l. ſi quãdo.C.vnd.vi.per docto. cum alijs.

¶19.

## ¶FACTVM.

EXecutio facta fuit in bonis debitoris, Pro parte illuſtriſſimæ duciſæ Beiaris & iudicis authoritate bona ipſa pro debito ſunt diſtracta in quendam,qui ſtatim, vt fieri aſſolet,ipſa bona,& ius eorum in creditorẽ tranſtulit. Ex quo etiam poſſeſſio illorum continuo tradita fuit ſibi, requiſito debitore adhuc,vt poſſet intra triginta dies debito ſoluto bona illa recuperare. Qui tribus iam annis,& eo ampliꝰ,elapſis, offert creditori debitũ ip̃m,pro quo executio illa facta fuerat, deductis inde fructibus, & redditibus, quos

medio tempore perceperat ex eiſdem poſſeſſionibus. Contra ex aduerſo negabatur id locum habere, vt redditus ipſi in ſortem computarentur, & demum ſupremo rum iudicum Hiſpalenſiũ, vna atq; altera ſentencia pro ipſo debitore fuit pronunciatum. Vnde tercentum ducati feré, quos ex redditibus perceperat, in ſortem principalẽ ſunt imputati, & reliquo debito recœpto bona ipſa eidem debitori ſunt reſtituta, me pro ipſo patrocinium præſtante his & ſimilibus fundamentis.

¶ SVMMA.

Res pro executione capta, & vendita iudicis authoritate, domino cum fructibus reſtituitur, quando in venditione dolus interuenit, & ſolennitas debita non ſeruatur, nu. 1. & 2.

¶ Idem ſi pars non citetur ad eam venditionem. nu. 3.

¶ Stylo & conſuetudine ſeruatur, vt in loco publico die, & hora certa, parte vocata, cum alijs requiſitis fiat ea venditio. nu. 4.

Ampliſſimi obſeruandiſſimiq; iudices, Pro parte Alfõſi. D. & vxoris hæc adducuntur ſuper reſtitutione bonorum ſuorum. Primo ad hoc eſſe tex. expreſſum. in l. 1. & fina. & feré per totum titulum, C. ſi vendito pigno. aga. vbi diſponitur rem cum fructib⁹ eſſe reſtituẽdã, quãdo vẽditio eius facta fuit ſine debita ſolennitate, aut dolo interueniẽte. Hic autẽ manifeſte apparet dolũ in vẽditione harũ ædiũ interueniſſe, tã ex propoſito, quã re ipſa. Ex propoſito inquã, cũ neſciente ipſo debitore, & clam non in publica ſubhaſtatione, vẽditio illa facta fuerit. Clam autem facere videtur, qui facit, non requiſito eo, qui poteſt contradicere, & offerre fortaſſis emptorem magis idoneum, & maius pretium offerentem, vel ſimilia in rem ſuam facere, aut inuenire. vt in l. clã poſſidere in prin. ff. de aqui poſſe. & l. prohibere. §. clã. ff. quod vi. aut clã. Et ita in nřis terminis tenet & tradit Bart. in l. alio. nu. 17. ff. de alimẽ. & cib. leg. Cyn. & alij in. l. ab

executore.C.quo appe.non reci.bonus tex.in.l.á diuo Pio.§.in vē ditione.vbi notat Bart.& moder.Addo.l.41.tit.13.part.5.cū.l.ſeq. ibi. puede vēder la coſa empeñada publicamēte, et inf.e tal vēdida ſe deue hazer en almoneda a buena fee, y ſin engaño, cū multis ſimi li. Re autem ipſa dolus interuenit in dicta venditione, cum ædes ipſæ quadruplo & ſextuplo pluris, & eo amplius vendi potuiſſent, & id & multo plus tum temporis valuiſſent, quod vnū ſufficiebat. Cum paria ſint dolus ex propoſito, vel re ipſa.in.l.ſiquis cum aliter.de verb.obli.vbi notat Bar.& docto.communiter.& in.l.& eleganter.ff.de.dol.cum alijs.facit optime tex.in.l.fina.tit.27.part.3. ibi.portanto quanto valiere la coſa.&c. Cum igitur in hoc illa omnia interuenerint, merito venditio nullius momenti fuit, ac ex conſequenti dicta bona cum fructibus ſunt reſtituenda, vt notat Bal.Salice.& omnes.in.d.l.1.& fina.& per totum titulum.C.ſi vendi.pigno.aga.

2 ¶Præterea ad id eſt etiam tex.expreſſus.in.l.1.de fid.inſtru.lib.10. ibi.eaſdem res recipies cum fructibus.&c. Vbi clare diſponitur, ſi bona vendantur non ſeruato omni ordine, & ſolennitate, poſſe dominum ea recuperare cum fructibus medio tempore perceptis, tāquam ſi nulla talis vēditio interueniſſet. Vbi.glo.in verb.omni ordine tenet id habere locum, etiā quando talis res iuſto pretio diſtracta non fuiſſet. Et ita ibi notat Bart.& docto.tenet etiam in noſtro themate.Anto.Neuuzan.de pigno.4.memb.2.partis.nu.125.in fi. cum ſimilibus.

¶Item ad idem optime facit.l.1.tit.20.lib.3.fori.apud nos. ibi.fagā al dueño que lo otorgue.vbi.Montal.in.verb.mas diere, ita expreſſe teſtatur dicens. Executor debet prius debitorem requirere, ante
3 quam rem diſtractam vendat. Id etiam notatur, & traditur.in.d.l.à diuo Pio.§.in venditione.de re iudi.vbi Iaſo.nu.8.&.9.poſt alios, ita tenet, quód ſit neceſſaria partis citatio ad venditionem pignorū pro debito, facit doctrina Bart.in.d.l.alio.de ali.& cib.lega.nu.17. quòd qui habet poteſtatem vendendi a lege, debet partem requirere, aliter vēditio non valeret.bonus tex.in.l.4.C.de diſtra.pigno. vbi glo.fina.& doctores.

¶Confirmatur id ipſum ex eo quòd huius ſupremi auditorij autho

ritate, & præcepto expreſſo id cautum iam pridem inuenire licet, vt bona pro executione capta abſqꝫ partis citatione vendi non
4 poſſint, idqꝫ conſuetudine & ſtylo ſatis laudabili ſeruandum eſt, & adſeruatur, & ita iubetur vendi eiuſmodi bona cotidie, in publiciſſimo totius huius ciuitatis loco, ad certum diem, & horam, & ita denũciari domino, vt adſit, & omni ordine ſeruato. Immó, & quod plus eſt, pro veſtra ſingulari humanitate & æquitate, poſt venditionem talium bonorum, dicto ordine ſeruato, & poſt traditionem ipſorum ipſi emptori, ſi aut dominus, idemqꝫ debitor, aut aliquis ex creditoribus dicat potuiſſe pluris venundari dicta bona, ad idqꝫ petant, vt denuo in publica ſubhaſtatione iterum vendantur, ex cauſa, id admittatur paſſim. Quanto igitur iuſtius, vt hæc bona de quibꝰ agitur inempta cenſeantur: Cum neqꝫ ipſorum dominus ea vendi iuſſum eſſe, aut vendi nouerit, & clam non palam, tamq́ꝫ vili pretio ſint addicta, maxime autem ipſi creditori, cumqꝫ ordo & ſolennitas neceſſaria minime interuenerit. &c.

¶ 20.

## ¶ FACTVM.

DEcanus & capitulum huius ſanctæ ecclæſiæ Hiſpalenſis locauerat decimas frumenti vniꝰ anni dictæ ſummæ ecclæſiæ ex ipſiꝰ parochianis debitas, ea lege, vt ciues originarij Hiſpalenſes, qui extra vrbem habitarent, nec ædes habitationis in ea cognitas haberẽt, decimas prædiales, pro dimidia parte ſoluerent conductori ſupra dicto. Cõtigit, vt plures filij & nepotes eiuſmodi ciuiũ Hiſpalẽſiũ habitarent in oppido ſubdito ipſi ciuitati perpetuo à natiuitate ſua, nec vnquã in ipſam ciuitatem, in ea habitaturi, cõmearint. Dicebat eiuſmodi decimarũ cõductor ad ſe pertinere eorum decimas prædiales pro dimidia parte, vt & cæterorum ciuium. Contra conductor decimarum dicti oppidi ſibi in totum decerni poſtulabat. Et tandem Iudex eccleſiaſticus decimas illorum ad dictam parochiam ſanctæ, ſummæqꝫ ecclæſiæ pro dimidia parte pertinere decreuit, ſibiqꝫ tradi ſtatim iuſſit, fideiuſſoribus ad id datis, ſi quando in appellationis

gradu aliter pronũciaretur. Ex quo cum pro aduerſa parte appellatum fuiſſet, & appellatione non obſtante id executioni mandaretur, & ad regium ſupremumq; tribunal Hiſpalenſe ad propulſandam vim illam negotium perueniſſet, pro dicto conductore ſummæ eccleſiæ Hiſpalenſis fuit pronunciatum, me pro ipſo patrocinãte his & ſimilibus fundamentis.

¶ SVMMA.

Conſuetudo ſeruanda in ſolutione decimarum. nu. 1.

¶ Filij ſequntur originem patris. nu. 2. Idem de nepotibus. nu. 3.

¶ Neque naſci, neque habitare in ciuitate requiritur, ad hoc vt ſit ciuis. nu. 4.

¶ In loco originis, & domicilij ſubeuntur munera. nu. 5.

¶ Si quis vocetur ad munera in loco originis & domicilij, præfertur locus originis. nu. 6.

¶ Filij filiarũ iuxta ſtatutum Hiſpalenſe ciues ipſius ciuitatis cẽſentur. nu. 7.

Rectiſſimi Sapientiſſimiq; Iudices. Pro parte Petri. S. in cauſa contra Ioãnem. C. adducuntur ſequentia. Primo probatum eſſe pleniſſime hanc fuiſſe perpetuam conſuetudinem in his decimis ſoluendis, quemadmodum pro noſtra parte petitur. Conſuetudo autem in ſolutione decimarũ integrã vim, & authoritatẽ obtinet in. c. ad apoſtolicæ de deci. & c. cũ ſint homines. vbi notat Abb. & doc. cõmuniter. in. l. 8. tit. 20. par. 1. cũ infinitis ſimilib⁹, quod ſolum erat

ſufficiens.

¶ Confirmatur id ipſum ex eo, quòd filij ſequntur originem patris iuxta regulas & traditiones iuris. Ad quod eſt tex. expreſſ⁹. in. l. filios. C. de municipibus & originarijs. lib. 10. vbi notat & tenet glo. Bart. & alij communiter, eſt etiam tex. ad idem, notandus in. l. aſſumptio. §. fili⁹. ff. ad municipa. Et ibi late tenet & declarat Bart. idem Bart. in. l. 1. ff. eo ad municipa. vbi alij docto. communiter idem tenent. Cum gitur in dicta conductione mentio fiat, & diſpoſitio de ciuibus originarijs, idem abſq; dubio dicendum eſt in eorum filijs, qui ſequuntur originem patris, vt ſupra dictum eſt.

3 ¶ Item idem erit iudicium hoc caſu de ipſis nepotibus. Ita tenet expreſſe Bart. in dicta. l. filios. de municipi. & origina. lib. 10. nu. 2. & in dicta. l. aſſumptio. §. filius. nu. 1. idem etiã tenuerat Iaco. de Are. quem ipſe refert, in diſtincte, & Oldra. Idq; ſumma cum ratione, cũ filiorum nomine & appellatione nepotes contineantur. in. l. liberorun de verb. ſigni. vbi docto. notant. in. l. natorum, vbi Alcia. eo tit. de verb. ſigni.

¶ Neq; obſtat illud, quod ex parte aduerſa opponitur, huiſmodi filios, & nepotes, neq; natos, neq; educatos, neq; habitaſſe vnquã in ciuitate. Namqui naſcitur in territorio ipſius ciuitatis, in ipſa vrbe
4 naſci cenſetur. tex. eſt ad id expreſſus in. l. qui ex vico. ff. ad munici pa. vbi notat Bart. & docto. idem Bart. in. l. 1. nu. 5. eo. tit. ad municipa. quem refert & commendat Abb. in. c. Rodolphus de reſcript. & ibi Feli. col. 16. & ſequenti refert, & ſequitur Iaſo. in. l. huiuſmodi. §. legatum. nu. 10. cum ſequenti. vbi plura. poſt Paul. de Caſt. & ali. ibi. de lega. 1. vbi determinant queſtionem illam, quod ſi aliquis natus eſt in caſtro ſubdito ciuitati Peruſio, eſt & naſcitur ciuis Peruſinus, & quod pl⁹ eſt, etiamſi illud caſtrum ſit inducatu, vt per ipſũ. Idem Bart. in. l. non dubito. ff. de capti. & in. l. hoſtes. eo. tit. nec requiritur, vt habitet Peruſij, ad hoc vt ſit talis ciuis. Tenet expreſſe Bart. in. d. l. 1. ff. ad municipa. nu. 19. eſt tex. quem ad id allegat. in l. 1. C. eo. tit. de municipibus. & origi. lib. 10. Non eſt igitur neceſſe, aut naſci, aut habitare in ciuitate, ad hoc vt ſit ciuis ipſius.

¶ Cõprobatur etiã præcedẽs fundamẽtũ, ex tex. notabi. in. l. 1. C. de

5 municipi. & origina. lib. 10. & vbi tã in loco originis, quam inco latus cogitur vnuſquiſq; ſubire munera. Vbi glo. in verb. incolatus ita declarat, in hæc verba, quia aliunde illuc iuit cauſa perpetuo ibi habitandi. Vnde manifeſte deducitur, etiam ſi perpetuo habitet ex tra ciuitatem, ad huc ſubire munera ipſius ciuitatis, tamquam ciuẽ. Probat idem optime tex. in. l. ſi quis ex maiore. eo tit. de municipi. & origina. lib. 10. vbi diſponitur expreſſe, vt ſi quis vellet eximi à muneribus ciuitatis, vnde ducit originem, occaſione incolatus alterius ciuitatis, vt originem propriæ ciuitatis eludat, duarum ciuitatum munera ſuſtineat, in vna voluntatis, & in alia originis gratia. Confirmat id ipſum tex. in. l. cum neq;. C. de incol. lib. 10. in hæc verba. Cum neq; originales, neq; incolas vos eſſe memoratis, ob ſolam domum vel poſſeſſionem muneribus vos ſubiugari non ſinet publica authoritas. Vnde clare deducitur, ſi originales eſſe probarentur, muneribus ſubiugandos fuiſſe. Ex quibus & multis alijs ſimilibus manifeſtiſſime patet non requiri, vt ciues originarij ciuitatis, aut naſcantur, aut habitent in ipſa ciuitate, ad hoc vt & nomẽ & munera ciuium obtineant, & ſimilia, & ita dicẽdum eſſe & decidẽdum in noſtro themate propoſito.

¶Confirmatur ad huc ex eleganti deciſione Bart. in. d. l. 1. C. de mu
6 nicipi. & origi. lib. 10. nu. 2. quód ſi quis vocaretur ad munera in loco originis, & in loco domicilij & incolatus ſimul, eodemq; tẽpore præferẽdus eſſet eo caſu locus originis. Idem determinat idẽ Bart. in. d. l. 1. ff. ad municipa. Vnde etiam manifeſte liquet, originem ciuis maxime & præcipue ſpectandam, quod huic negotio, de quo agitur, optime quadrat.

¶Præterea ſupra dicta omnia magis obtinent, & locum vendicant ſibi in noſtro themate. In quo idem diſponitur expræſſa lege ipſius cõductionis, vt pro ciuibus originarijs illi accipiantur, etiamſi, aut ciuium priuilegijs non fruantur, aut ciuitatis decuriones, & capitulum ipſius pro ciuibus eoſdem expreſſe non admiſerit. Quod ſolũ meo iudicio certe ſufficiebat ad noſtram intentionem probandam.

7 ¶Item, quod attinet ad filios ipſarum filiarum ciuium originariorũ quæ priuilegio ſpeciali huius ciuitatis faciũt maritos ſuos ciues per matrimonium cum ipſis filiabus contractum, procul dubio idem eſt

eſt dicendum vt eiuſmodi etiã filij talium filiarum ciues etiam cenſeantur hoc caſu decimarum ſoluendarum. Idq; argumẽto optimo tex. ſingularis & notabilis. in. d. l. 1. ff. ad municipa. quòd filij ſequãtur originem matris, quando id ſpeciali prærogatiua fœminis conceſſum inueniatur, vt in ordinatione, & ſtatuto huius ciuitatis diſponitur. Et ita notat & tenet Bart. in. d. l. filios. de munici. & origina. lib. 10. cum alijs. Præter id quòd nepotes, ſint ciuium originariorum, vt ſupra deductum eſt. Per quæ omnia clariſſime patet probari intentionem noſtram ſufficientiſſime.

## ¶ 21.

## ¶ FACTVM.

C. G. ſcriba publicus Hiſpalenſis cũ teſtamẽtũ cuiuſdã mulieris conſcripſiſſet, in eo affirmauit, & teſtimonium præbuit, adfuiſſe præſentes dicto teſtamento tres teſtes ſcribas Hiſpalenſes, vt vocamus. Cum tamen reuera duo tantum ex illis tribus teſtibus præſentes fuerint. Qua defuncta, & marito eius in eo teſtamento hærede ſcripto, fratres ipſius teſtatricis dicebant teſtamentum illud eſſe falſum aut ſaltem irritum propter ſolẽnitatis defectum. Accuſabãt inſuper Tabellionem ipſum falſitatis criminaliter. Quem ipſe deffendebã his & ſimilibus fundamentis, & tandem pœna leuiori fuit condemnatus, non pœna falſi.

## ¶ SVMMA.

QVando in facto ipſo ineſt veritas, dolus abeſſe creditur, & falſitas. nu. 1.

¶ Temeritas & incõſideratio præſumitur, nõ falſitas, quando dolus abeſt. nu. 2.

¶ Ad falſitatem duo requiruntur copulatiue dolus, & damnum tertij. nu. 3.

¶ Quando ab inſtrumento remouentur verba & non mens, non eſt falſum. nu. 4.

Rectiſſimi atq; ſapientiſſimi iudices, Pro Bal.
P. Tabellione hæc adducuntur in accuſatione
falſi contra eum propoſita. Primo ponitur pro
conſtanti, teſtatricem eo modo, & forma quo
in teſtamento continetur ſtatuiſſe, & ſcribi iu-
1 ſſiſſe, & non aliter. Quod probatum multis te-
ſtibus reperitur, qui præſentes dicto teſtamen
to fuerunt, vltra eos, qui in eo ſcripti ſunt. Itaq; in facto ipſo ineſt ve
ritas, & dolum ex parte Tabellionis nullo modo interueniſſe, eſt
pluſquam manifeſtũ. Quo caſu ceſſat pœna falſi, vt diſponitur in
plurimis iuris partibus. in. l. 1. in prin. ff. de falſ. in hæc verba. Pœna
legis Corneliæ irrogatur in eum, qui falſas teſtaciones faciendas,
teſtimoniaué falſa inſpicienda dolo malo congeſſerit. &c. Et ſic ma
nifeſte patet quod requiratur dolus in falſitate, aliter non habet lo-
cum crimen aut accuſatio falſi. Quod etiã affirmauit Bart. in. l. quid
ſit falſum. ff. de fal. Quem ibi, & vbiq; ſequuntur omnes communi-
ter. Et ſic dicendum eſt in noſtro caſu.

¶Comprobatur id ipſum ex doctrina illa ſingulari & notanda An
carra. conſi. 24. col. 2. verſi. ideo diſcutiendum eſt de ſecundo. vſq;
ad finem conſilij. Vbi feré determinat caſum noſtrum, dicens, hæc,
2 & ſimilia, potius temere, & inconſiderate, quam falſe emiſſa eſſe di-
cendum, quod probat pluribus optimis fundamentis. Maxime au-
tem ex tex. in. c. is autem. 22. q. 2. ibi. nemo mentiens iudicandus eſt,
qui dicit falſum, quod putat verum. Quia quãtum in ſe eſt, non fal-
lit ipſe, ſed fallitur. Nõ itaq; mẽdacij, ſed aliquãdo temeritatis eſt ar
guendus, qui falſa incautus credit, ac pro veris habet. &c. Quod An
carra. conſilium pro veriſſimo, & notabili ſequntur & commendãt
doctores, maximæ autoritatis. Præcipue Anani. in. c. 1. de crimi. fal.
penu. col. verſi. quid autem ſi teſtes producti. Soci. conſi. 103. 1. vo-
lu. verſi. quarto & vltimo. Iaſo. conſi. 153. nu. 4. volu. 2. Ioan. Anto.
Rub. conſi. 16. verſi. qui a dato. vbi allegat plures alios docto. idẽ te-
nẽtes. Alcia. in declamatione poſt librũ prætermiſſorum. col. 3. in
verb. Hieronymus. & eſt cõmunis opinio & traditio omniũ, quód
talis potius ſit dicenda temeritas, & incõſideratio, & ſit, quã falſitas.

¶ Itẽ ad hoc allegatur regula illa generalis & cõmuniter approba-
3 ta per doctores, quód in falſitate duo copulatiue requirãtur, ſcilicet

dolus ex propoſito, cum intētione & animo fallendi, & mentiendi & quód ex eo damnum alicui irrogetur. Ita diſponit expreſſe tex. in. l. nec exēplum. C. de fals. vbi ita notant Cyn. Bal. Salice. & omnes comuniter, & in. l. damus. C. eo tit. & ibi Bart. Bal. Salice. & omnes ita tenent. Notat Ange. de maleſi. in verb. falſario. in prin. verſi. nam ſine dolo, & propoſito tale delictum non cōmittitur. Et infra verſi. habeas pro fundamēto vero. &c. At in noſtro themate neutrū illorum interuenit, neq; dolus, vt dictum eſt, cū cōſtet ita diſpoſuiſſe de bonis, nec damnū alicui datū, cū fratres ipſius teſtatricis nihil āpli⁹ eſſēt cōſecuturi, quā in dicto teſtamēto cōprehēſū inuenitur.

¶ Pæterea cōfirmātur ad huc prædicta ex doctrina illa ſingulari, & notabili Bal. in. l. ſi ex cautione. I. q. C. de nō nume. pecu. vbi tradit,
4 inſtrumentū tunc dici falſū, quādo ab eo remouetur verba, & mēs cōtrahētiū, quādo autē non remouetur ab eo mens cōtrahētiū, quāuis remoueātur verba, inſtrumentū non eſt falſū, quia radices egit in ipſa veritate, & fundamenta in ipſa habet, & ſubiectū, quod hoc caſu accidiſſe conſtat. Et illam doctrinam Bal. pro ſingulari & veriſſima ſequuntur docto. cōmuniter. ibi. refert & ſequi. Iaſo. in. ſupra dicto cōſi. I 53. nu. I. verſi. 2. benefacit. &c. Vnde manifeſtiſſime conuincitur dictū teſtamētū ſine dolo, & dāno cuiuſquā ſcriptum, & culpā illā fuiſſe leuiſſimā, nec falſitatis notam, aut nomē meruiſſe. &c.

¶ 22.

¶ FACTVM.

PEtrus. C. Hiſpalenſis tribunus, iurado vulgo dicim⁹, cū mortiſe propinquū cerneret, renūciationē dicti officij fecerat, in alium quendā. Dicto autē Petro. C. mortuo tribuni cæteri cōuenerunt, & in illud officiū parochianorū ſuffragijs Ferdinādū. C. vt moris eſt, elegerūt. Cōtra quē primus ille, cui facta fuerat illius officij renūciatio, agebat ſe illud debere obtinere, tā ex dicta renūciatione, quā regis in ipſum tranſlatione & confirmatione. Monebatq; tribunos cæteros, ne illū ad dictū officiū admitterēt. Pro parte autē aduerſa opponebatur dictū Petrū poſt eā renunciationē nō ſupuixiſſe viginti dies, quod iuxta leges huius regni requiritur neceſſario. Vnde dicti tribuni Ferdinandū illū. C. ad dictū officiū admiſerunt, Decu-

riones autem & capitulum alterum illum recœperunt, virtute ipſiꝰ indulti & beneficij Principis. Ipſe autem pro dicto Ferdinando aduocatus his & ſimilibus fundamentis agebam, apud ſupremos iudices Hiſpalenſes.

## ¶SVMMA.

Innouata poſt appellationẽ ſunt nulla, aut reuocanda. nu. 1.

¶Appellatio a capitulo eſt iudicialis, & etiãſi eſſet extraiudicialis, innouata poſt eam reuocantur. nu. 2.

¶Innouata poſt appellationem ſunt ipſo iure nulla, ſine aliqua declaratione iudicis. nu. 3.

¶Sine cognitione cauſæ principalis reuocantur innouata & attentata. nu. 4.

¶In renunciationibus officiorum, & in omnibus alijs regulariter computatur terminus de momento ad momentum. nu. 5. & 6.

¶Dies dati termini non computatur in ipſo termino in huiſmodi renunciationibus. nu. 7.

¶Dictio a. vel poſt, denotãt ſeparationem diei, quo datur terminus, ab ipſo termino. nu. 8.

Sapientiſſimi obſeruandiſſimiq; iudices. Pro parte Ferdinandi. C. adducuntur hæc fundamẽta in lite contra. A. D. Primo, poſt appellationem interpoſitam á dicto Ferdinando. C. Decuriones & capitulum admiſiſſe alterum illum. A. ad ipſum officium de quo agitur, quod nullo modo locum habebat.

Et ſic debet declarari nullū, aut ſaltē reuocari & quaſſari attentati remedio, & alijs in iure expreſſis. in. c. non ſolum de appella. in. 6. in. c. dilectis de apella. vbi notat Innocen. Abb. & omnes. & in. c. conſuluit. eo. tit. cum multis ſimilibus.

¶Nec obſtat, ſi diceretur appellationes illas pro nr̄a parte emiſſas fuiſſe extra iudiciales. Nam rectius poſſunt dici factæ in iudicio. cum in capitulo ipſo, & ciuitatis cōcilio præſes ipſe prouinciæ, aut eius vicē gerens ſemper aſſiſtat, & ab ipſo capitulo cotidie appelle
2 tur ad hoc ſupremum tribunal. Præterea etiāſi appellationes illæ extra iudicium factæ eſſent, immò etiamſi ab ipſa parte, ad quā negotium pertinet, fuiſſet appellatum, & pars ipſa grauamen intuliſſet, facta & innouata poſt apellationem nullius eſſent mométi, aut ſaltem ſtatim reuocanda attentati remedio, ad hoc eſt tex. expreſſus in. c. dilectis de appe. per quem ita ibi notat Innocen. Abb. & omnes cōmuniter. vbi Abb. nu. 13. & 14. Idem Abb. in. c. conſuluit. nu. fina. de appe. vbi & reliqui docto. cū pluribus alijs ſimilibus.

¶Quod adeo verū eſt, vt etiam ipſo iure, ſine aliqua declaratione iudicis talia ſic innouata & attentata poſt appellationem, ſint nulla
3 & robur & firmitatem aliquam non obtineant. Notat Abb. referēs Archidi. & alios. in. d. c. conſuluit. nu. 4. allegat tex. expreſſum in. c. ad audientiam, & in. c. dilecti de appella, & plura alia.

¶Confirmatur id ipſum ex eo quód remedium illud attentati vſq; adeo eſt fauorabile, tamq; late patet, vt etiā ſine cognitione ipſius
4 cauſæ & negocij principalis, & ſine examinatione ipſius, innouata poſt talem appellationem ante omnia ſint reuocanda, & emendanda, vt plene notat Innocen. in. d. c. dilectis de appella. quem ibi refert & ſequi. Abb. nu. 13. & alij. Ponderantes etiam ibidem eſſe tex. expreſſum ad id, vbi ſum. Ponti. non mandauit prius inquiri, vtrū preſbyter ille ſpectaret ad iuriſditionem decani, ſed immediate ſtatim pronunciauit interdictum nullum, tamquā interpoſitum poſt appellationem legitimam. &c.

¶Multo autem magis predicta locum in noſtro themate vēdicabūt in quo liquidiſſime conſtat de iure noſtro, cum. D. Fer. C. rite, & recte, á maioriq; parte parochianorum fuerit in hoc munus electus,

nullo defectu interueniente. Contra autem pars aduerſa leuibꝰ aut
potius inutilibus fundamentis agat. Nec proderit reſcriptũ illud
ſeu indultum principis, aut confirmatio renunciationis dicti offi-
cij, cum poſt eam factam non ſuperuixerit viginti dies is, a quo cau
ſam habet, quod expreſſe in dicto principis indulto continetur &
requiritur. Nec ſufficeret attigiſſe vigeſimum diem, etiamſi id pro-
baretur, quod negamus. Nam huiuſmodi termini iuxta regulas &
5 traditiones iuris ☞ currunt & computantur de momẽto ad momẽ
tum, ac proinde ſit neceſſe vltimum diem perſecte integrumqꝫ ad
impleſſe. Ita notant & tenẽt Bart. Bal. Paul. Roma. & omnes in. l. 1.
ff. ſi quis cautio. eſt tex. expreſſus ad id, quem ipſi allegant. in. l. 3. §.
minorem. ff. de mino. & alia iura. Et ibi cõcludit Alexan. quod dila
tiones & termini dati vel á lege, vel ab homine, cõputantur de mo
mento ad momentum. Et in hoc ibi faciunt regulam generalẽ, quã
etiã facit Ioan. Andr. qui cotidie ad hoc allegatur in. c. ſuper eo. de
appella. quòd omne tempus currit de momento ad momentũ, vbi
aliud à iure non exprimitur, quem refert & ſequi. Abb. in. d. c. ſuper
eo. nu. 12. 13. 14. & doctores omnes ibidem.

¶ Quod autem in huiuſmodi renunciationibus officiorum & be-
neficiorum computetur etiam tempus de momento ad momentũ
determinat expreſſe, & tenet in his terminis Hiſpanus noſter Lo-
6 do. Gomezi. in regu. cancella. de infirmis reſignantibꝰ. intra vigin
ti dies. q. 37. fol. 225. vbi etiam allegat ſupra dictam regulam. Ioan.
Andr. & aliorum. in. c. ſuper eo. de appella. & glo. cõmuniter appro
batam. in Rub. de diuers. & tempo. præſcri. & alia plura.

¶ Immó, quod plus eſt, dies ipſe renunciationis factæ, non compu-
7 tari debet in ipſo ☞ termino viginti dierum, vt ſingulariter & vni
ce affirmat Lodo. Gomezi. in. d. regu. cance. & in. d. q. 37. in. 2. par-
te ipſius. Et hæc eſt cõmunis concluſio doctorum. in. d. l. 1. ff. ſi quis
cautio. vbi etiam eſt tex. expreſſus ad id. Atqꝫ ita ibi tenent Bart.
Bal. Paul. Alexan. & alij communiter.

¶ Quod certe maiori cum ratione procedit, & habet locum in Prag
matica ſanctione huius regni, & in ipſo principis indulto & reſcri
pto, quo pars aduerſa nititur, vbi in hæc verba cauetur. Con q̃ aya
biuido veynte dias deſpues de la renunciacion, &c. Quo caſu om-

nes doctores ſcribentes dempto nemine pro veriſſimo affirmant,
quòd quando terminus aſſignatur per illa verba, à die, & ſimilia, ta
8 lis primus dies non computatur in termino virtute huius dictio-
nis. a. vel poſt. quod idem eſt, quæ ex ſua natura denotant ſeparatio
nem diei, in quo datus eſt terminus, á termino præfixo. Et ita tenent
doctores omnes. in. d. l. 1. ſi quis cautio. refert & ſequi. Lodo. Gome-
zi. in. d. regu. cance. de infir. reſignā. q. 37. allegat etiam tex. quem ibi
notat glo. in verb. numerandum. in. fi. in. c. 3. de præben. in. 6. ibi per
menſem á die quo beneficia vacauerint. &c. cui eſt glo. concordans
in clementi. ſicut de appella. cum alijs. Ex quibus, vt arbitror, ſatis ſu
perq; intentio noſtra probata remanet.

¶ 23.

## ¶ FACTVM.

IOannes. T. minor vigintiquinq; annis precibus & ſuaſu Andreæ. T. patrui ſui renunciationem fecit iuris, quod habebat, in ædibus Hiſpali ad vitam ſuam, in dominum earum, ea lege vt ipſas eaſdem ædes dominus ipſe eidē Andreæ. T. ad vitam ſuam locaret, quod & ita factum eſt. Dictus autem Ioannes. T. cum ſe enormiter læſum in ea renunciatione cognoſceret, emendationem damni illius poſtulabat, eamq; obtinuit, me pro ipſo patrocinante apud ſupremos iudices Hiſpalenſes, his & ſimilibus fundamentis.

## ¶ SVMMA.

ACtio perſonalis cōpetit, magis quā realis in materia. l. 2. C. de reſcind. vendi. Vnde competit etiāſi deſijt poſſidere. nu. 1.

¶ Si minor iurauit non contradicere ratione minoris ætatis, non ideo excluditur a remedio. l. 2. C. de reſcin. vendi. nu. 2.

¶ Si expreſſe non renuncietur remedio. l. 2. de

reſcin. ad huc agere poteſt, ſiue maior, ſiue minor, cum iuramento, vel ſine eo. nu. 3.

¶ Donatio a minore facta eſt nullius momẽti. nu. 4.

IN cauſa & lite Ioãnis. T. cõtra Andream. T. patruũ ſuũ adducũtur ſequentia. Primo probatum eſſe ſufficienter, quẽadmodũ tempore illius renũciationis ius ipſarum ædium, quod habebat Ioannes. T. valebat iuſta & cõmuni æſtimatione pluſquam tercẽtum aureos, quòd ꝙ ipſemet Andreas. T. ſtatim illud tranſtulit vendiditq; centum millibus nummorum. Et quòd tempore factæ renũciationis illius erat dictus Ioãnes ſedecim annorum, & nondum exceſſerat annum vigeſimum nonũ ſuæ ætatis, quando litem hanc mouit, & cõteſtatus fuit. Quibus non obſtat, ſi dicatur, dictum Andream. T. ædes illas iam deſijſſe poſſi-
1 dere, nec eas habeat, aut facultatẽ reſtituendi ipſas. ☙ Cum ſit regula certa & veriſſima in reſtitucione cõpetenti propter enormẽ aut enormiſſimam læſionem, aut vltra dimidiam iuſti pretij, de quo agitur, dari actionem perſonalem contra eũ, qui eam læſionem intulit ad hoc, vt, aut rẽ redimat, & reſtituat eo caſu, aut ſuppleat, quod deeſt ad iuſtum pretiũ. Immó & generaliter quòd magis cõpetat in materia. l. 2. C. de reſcin. vendi. & ſimilium, actio perſonalis cõtra perſonã, quæ lædit, quã realis. Hæc eſt cõmunis opinio, & reſolutio doctorũ. in. d. l. 2. C. de reſcin. vẽdi. vbi Bart. Bal. Paul. Salice. & oẽs ita tradunt, & tenent cõmuniter. vbi Paul. nu. 16. Bal. q. 13. Salice. q. 12. dicunt hanc eſſe cõmunẽ opinionẽ. Et ſic ſentiendum eſt & affirmandum hoc caſu.

¶ Nec etiã obſtabit id, quod ex aduerſo opponitur, eã renũciationẽ iuramẽto firmatã á dicto Ioãne. T. fuiſſe. Nã ad hoc in prõptu reſpõſio eſt, illud iuramẽtũ in fauorẽ dñi ipſarũ ædiũ, nõ ipſiꝰ Andreæ T. emiſſum. Res autẽ inter alios acta alijs nõ prodeſt. in. l. ſæpe. ff. de re iudi. cũ ſimilibus. Præterea nec iurauit ſe non petiturũ illius doli & læſionis emẽdationẽ, ſed ſolũ ipſi ædiũ dño ſe nõ cõtra vẽturũ ra-
2 cione minoris ætatis tãtũmodo. ☙ Quando autẽ minores iurant ſe non cõtradicturos, aut petituros ratione minoris ætatis, non excludunt, aut abijciunt à ſe illud aliud remediũ. l. 2. de reſcin. vendi. & ſimilia, quia illud beneficiũ eſt diuerſum, & aliud à minoris ætatis be

neſcio,immó cõpetit etiam maioribus vigintiquinq; annis, & expreſſe renunciandum eſt,& ſpecialiter ſuper hoc iurandum.Ita ſingula.affirmat Bart.in.d.l.2.C.de reſcin.vẽdi.nu.30.& ibi Bal.Paul. Salicc.& omnes ita tenent communiter,tradit Paul.in Auth.ſacramẽta puberum.nu.10.C.ſi aduer.vendi.vbi.d.hanc eſſe communẽ opinionem,cum multis ſimilibus. Et ita ſentiendum in propoſito negotio.

3 ¶Confirmatur id ipſum ex alia ratione,& nam niſi expreſſe renũcietur remedio dictæ.l.2.de reſcin.vendi.& ſimilibus ,ſiue cũ iuramento,ſiue ſine eo facta ſit renũciatio, non excluditur beneficium illud vllo pacto,ſiue ſit maior ,ſiue minor ipſe contrahens. Notat Bart.in.d.l.2.de reſcin.vẽdi.nu.15.& 16.& Paul.nu.9.& colligitur ex dictis & mente aliorum.Cum igitur Ioannes.T.remedijs ſupra dictis non renũciauerit,certum eſt integra ei manſiſſe, & ſuper eſſe Immó etiãſi ea renunciatio appareret,ad hanc tam grauẽ læſionem nõ extẽderetur, vt per doctores cõmuniter, vbi ſupra,& in.l.ſi quis cum aliter de verb.ob.cum ſimilibus.

¶Item nec illud prodeſſe debet dicto Andreæ.T. affirmanti ſe nihil dediſſe pro dicta renunciatione, ac proinde valere velit tamquam donationem gratuitam.Nam etiã hoc caſu læſio eſſet maior,
4 & euidentior.Cum ꝙ donatio á minore facta nullius cẽſeatur eſſe
momenti.in.l.1.& per totum.C.ſi aduer.donatio.vbi doctores.Cõſtat autem promiſiſſe ſe ei daturum ſeptuaginta quinq; aureos, nihil autem ipſi numeraſſe.Itaq; ex omni parte confirmata remanet dicti Ioannes.T.intentio.

¶ 24.

¶ SVMMA.

Acta medio tempore valent, ab eo, qui erat dominus ,licet poſtea reuocetur ab eo dominium. nu. 1.

❡Quod facit electus medio tēpore valet,licet electio poſtea declaretur nulla,nu.2.

❡Prælatus breui deponendus recte poteſt concedere in emphytheoſin ꝑpetuā bona eccleſiæ ſolita ſic concedi,nec poſt depoſitionem id reuocatur.nu.3.

SApientiſſimi ſimul atq; æquiſſimi iudices. In cauſa Ioannis.R.cum Chriſtoforo.T.& vxore hæc adducuntur. Et primo ſuper bonis in perpetuam emphyteoſin ab ipſo.R.datis, certū eſt potuiſſe recte id fieri,cum eo tempore eſſet ipſe dominus dictorum bonorum. Neq; obſtat donationem in ipſum
1 factam illorum,poſt modum reuocatam fuiſſe. ☞ Nam medio tempore facta interim, valent,& firmitatem debent obtinere. Cū in re ſua quilibet liberam habeat diſponendi facultatem iuxta vulgaria.

❡Quod etiam probatur pluribus argumentis ſimilibus. Et primo in electione quamuis nulla,& inualida facta de aliquo, nam etiam
2 ſi declaretur poſtea nulla, ☞ quod interim electus faceret, valet, & robur & firmitatem obtinet. Vt eſt tex. optimus & expreſſus. in.c. qualiter de electio. vbi notat Abb. ſingula.nu.7. Innocen.in.c.nihil eo tit. eſt tex.in.c.ad probandum de re iudi. vbi notat Abb. poſt Innocen.& alios ibi.cum pluribus ſimilibus.

3 ❡Confirmatur id ipſum ex alio,quòd prælatus ſemel electus,licet breuiſſime ſit deponēdus, poteſt interea in emphiteoſin perpetuā concedere bona ipſius eccleſiæ,quæ ſic ſolebant concedi. Et quamuis poſtea deponatur,& electio ipſius quaſſetur,nullaq; fuiſſe decernatur, tales cōtractus emphyteotici valent & tenēt. Notat Bal. ſingulariter in.c.vni.qui ſucceſſo.teneantur.in vſi.feu.col.fina.Ioan. Andr.in.c.quia propter.col.7.de electio.in nouell. notat Innocē. in.c.querelam de electio.& in.c.cōſultationibus de iu.patro.refert & ſequi.Iaſo.in.l.ſi vrbana prædia.nu.9.cum ſeq.ff.de condi.in debi. Vbi adducit plura ſimilia. Vnde merito idem dicendum eſt in noſtro caſu.

¶25.

¶FACTVM.

MElchior.B. cum vxorem ſemifurioſus occidiſſet, in perpetuum ſeruitiũ remigãdi ad regias triremes damnatus fuit, & ad ipſas deportatus. Tutor autem datus filio comuni ipſius Melchioris.B. et vxoris ab eo ſic interfectæ, petebat ab ipſis ſupremis iudicibus cauſarum criminalium, vt ſibi traderentur bona omnia dicti Melchioris.B. in quibus tempore illi9 delicti commiſſi facta fuerat ſequeſtratio. Cõtra procurator ipſius M.B. abſentis dicebat, id locum minime habere, aut ſaltem ante omnia peticionẽ hanc debere ipſi Melchiori.B. abſenti notam fieri, vt pro ſe ipſe reſponderet, cum ipſius procuratoris mandatum iam expiraſſet. Quibus non obſtantibus, vno, atq; altero, dictorum supremorum iudicum Hiſpalẽſium decreto bona illa, ſupra quatuor millia aureorum dicto tutori ſunt tradita, datis ad id idoneis fideiuſſoribus. Me pro ipſo tutore aduocato his & ſimilibus argumẽtis apud iudices.

¶SVMMA.

DEportatus in perpetuũ ſeruitium remigãdi ad triremes amittit patriã poteſtatem, & adminiſtrationem bonorum filij. nu. 1.

¶Bona ſic deportati tradũtur ſeruanda propinquioribus ipſius. nu. 2.

¶Bonis abſentis curator ab ipſo iudice datur. nu. 3.

AMpliſſimi ac rectiſſimi iudices. Pro tutore filij Melchioris.B. ſuper bonis in quibus facta fuit ſequeſtratio, hæc adducuntur. Primo, quòd cum pater ipſius minoris in perpetuum ſeruitium remigandi in triremes fue-

1 rit deportatus, ipſe & filius ab eius patria poteſtate fuit ſolutus. Ac proinde adminiſtratio bonorũ filij eidẽ adẽpta, vnde dos, & arræ ſpõſalitiæ, cœteraq; bona aduẽtitia tutori ipſius minoris ſunt tradẽda, idq; ſine aliqua dubitatione procedit. tex. eſt de patria poteſtate in. l. 2. tit. 18. part. 4. in. §. manet. inſti. quib. mo. ius. pat. pote. ſolui. cũ ſimili. Et de adminiſtratione bonorũ. in. l. cũ oportet. in. l. cũ multa. C. de bo. q̃. libe. in. l. 1. & per tot. C. de bõ. mat. cũ multis ſimilibꝰ, vbi notãt docto. cõmuniter. Conſtat autẽ notorie omnia bona, in quibꝰ ſequeſtrum factum eſt, conſtante matrimonio quæſita fuiſſe.

¶ Præterea non ſolũ bona ad ipſum minorẽ pertinẽtia, ſed etiã omnia alia, quæ ad ipſum patrẽ ſic damnatũ attinẽt, ipſi filio ſtatim ſũt tradenda, & eius tutori. Cum ita inueniamus diſpoſitũ. in. l. 3. C. de capti. & in. l. 4. tit. 29. par. 2. ibi. y eſtos bienes maguer q̃ todos ſon obligados a los guardar, mayormẽte cõuiene a ſus parientes mas propinquos. &c. Vbi diſponitur bona captiui, deportati, vel abſentis
2 tradenda eſſe ſtatim propinquioribus ſuis. Liquet autem nullum adeo propinquum poſſe inueniri, quã ſit ipſe eius filius.

3 ¶ Neq; obſtat id, quod opponitur, debere ipſi patri abſenti priꝰ petitionem hanc denunciari. Cũ á lege id ſtatuatur, vt iudex ipſe bonis abſentis curatorẽ præbeat. in. l. 1. & per totũ titu. de curato. bon. dan. ff. vbi notat Bart. & docto. Nec opus ſit ea denunciatione, maxime cum ipſe ſit abſens, nec commode inueniri poſſit.

¶ 26.

## ¶ FACTVM.

STatuto inclytæ huius ciuitatis cautum eſt, vt is qui in vxorẽ duxerit filiã ciuis originarij Hiſpalenſis, & ipſe ciuis priuilegijs fruatur. Accidit, vt municeps quidã oppidi ipſi ciuitati ſubditi duxerit in vxorem filiam cuiuſdam ciuis Hiſpalenſis, qui per quadraginta annos continuos Hiſpali habitabat, cum tamen ibidem natꝰ nõ fuiſſet, ſed in dicto municipio. Petebatur ab hoc genero media pars decimarũ frumẽti, vt eã ſolueret cõductori decimarũ ſũmæ & maioris ecclꝰiæ Hiſpalẽſis, iuxta aliud ſtatutũ de decimis ſoluẽdis

de caſa de cuentas, vt vulgo dicimus, quòd ciues originarij Hiſpalēſes, qui non habent habitationem in ipſa ciuitate, teneantur ſoluere dimidiam partem decimarum parochiæ dictæ maioris eclæſiæ. Ex aduerſo autem dicebatur, ſocerum huius ciuem non eſſe originarium, cum non fuiſſet Hiſpali natus, ac proinde generum ciuem Hiſpalenſem cenſendum non eſſe. Ipſe autem apud iudicem ecclæſiaſticum aduocatus pro dicto conductore maioris ecclæſiæ his argumentis agebam.

## ¶ SVMMA.

DVcens in vxorem filiam ciuis Hiſpalenſis ciuis efficitur. Etiam ſi ſocer in ipſa ciuitate non ſit natus. nu. 1.

¶Natus in municipio, vel vico, in ipſa ciuitate natus cenſetur. nu. 2.

¶Vicus & caſtella ſunt pars ipſius ciuitatis, nu. 3.

¶Statutum vt non admittantur niſi ciues originarij, habet locum quando eſſent ciues tantūmodo ex priuilegio, & ſimilibus cauſis, nu. 4.

¶Domicilium acquiritur per decem annos, nu. 5.

DIgniſſime ac Rectiſſime iudex. In cauſa decimarū maioris ecclæſiæ, de quibus diſceptatur inter Petrū. S. & Fernādū. M, adducūtur ſequētia. Et primo probatum eſſe ſatis ſufficiēter eū, de cuius decimis agitur, in vxorē duxiſſe filiā ciuis Hiſpalēſis, qui per quadraginta an
1 nos, & eo amplius in hac ciuitate habitat. Ac proinde ☞ eundem ciuem eſſe iudicandum. Neq; obſtat id, quod opponitur, dictum hu
2 ius ſocerum aliūde eſſe oriundum, ☞ nam qui naſcitur in municipio, vel vico ſubdito ipſi ciuitati, ciuis eſt cēſendus. Ita determinat Bart. in. l. 1. C. de municipi. & origina. lib. 10. nu. 2. idem Bart. in. l. 1. ff. ad municipa. dicens ciuem eſſe Peruſinum, qui in comitatu Peruſino naſcitur, etiamſi Peruſij nunquam habitet. Idem

Paul.de Caſt.poſt docto.ibi in.l.nulli.C.de epiſ.& cleri.per bonũ tex.ibi.cum multis alijs.

3 ¶Cõfirmatur id ipſũ ex eo quòd vicus & caſtella & ſimilia, ☞ ſũt pars ipſius ciuitatis,& nõ diuerſa,aut alia ab ipſa ciuitate. Notat inſigniter Paul de Caſt.in.d.l.nulli.C.de epiſ.& cleri.nu.7. poſt docto.ibi.& poſt Bart.in.l.fina.nu.6.§.penu.ff.ad municipa. vbi affirmat comitatenſes ex vico idem habere domicilium, quod ipſi habent ciues. Idem Paul.in authenti.qua in prouincia.nu.4.quód nõ dicatur forenſis,qui eſt ex caſtro & comitatu Bononiẽſi. Quod multo magis in hoc quadrat,cũ dictũ municipiũ de la Rinconada reuera dicatur,& ſit parochia huius ciuitatis. Vnde municipes illius habẽt etiam ciuiũ prærogatiuas, aſportandi in ipſam ciuitatẽ vina ſua impune. Vt diſponitur in ſtatutis huiꝰ ciuitatis,titulo de la entrada del vino.fo.111.& eorũ pecora paſcũtur in inſulis,& mariſmis ciuitatis,vt dicũt in.c.2.titu.de las yſlas y mariſmas.fol.29. & ſimilibus priuillegijs fruũtur. Vnde merito dictus huius ſocer ciuis erat iudicandus,etiamſi nunquam in ciuitate habitaſſet,nedum tamdiutina cohabitatione concurrenti.

¶Præterea in noſtro caſu eggregie fauet & militat deciſio notabilis Bal.in conſi.183.2.volu.incip.ſtatuto ciuitatis veronæ cauetur.
4 &c.☞ Vbi determinat expreſſe ſi ſtatuto caueatur,vt nõ admittatur in collegiũ doctorũ,vel ad publica officia,& ſimilia niſi ciues originarij,quod eo caſu admittẽtur etiã ciues ex priuilegio, vel ſimili alia cauſa facti ciues,nec opus eſſe,vt nati ſint in ipſa ciuitate. Idq; generaliter locum habere tradit,etiam in odioſis, & maxime vbi damnum alicui tertio ex eo non inffligitur. Quam deciſionem Bal. pro vera & notanda refert & commendat Iaſo.in.l.huiuſmodi.§.legatũ de leg.1. vbi ip̃m etiã ſeq̃tur. Quod maiori cũ ratione in noſtro themate locum habere conſtat. Cum ſupradictus ſocer & habitationem,& domicilium,per quadraginta annos,vt dictum eſt,in ip
5 ſa ciuitate habuerit,habeatq;. ☞ Cumq; per decem annos ſolũ domicilium acquiratur.in.l.2.C.de incol.lib.10. vbi Bart. & doctores notant,cum multis alijs quæ ad hoc adduci poterant.&c.

¶ 27.

## ¶ FACTVM.

IOannes. P. in ſuo teſtamento legauit ſocrui ſuæ ancillam, ita vt poſt mortem ipſius ad vnum ex filijs ipſius teſtatoris perueniret. Dū autem in ſocrus poteſtate fuit ancilla, duos filios enixa erat. Quos ſocrꝰ ipſa donauit fratri & ſorori. Dubitabatur an valeret ea donatio. Et reſpondi optimo iure fieri potuiſſe hiſce fundamentis.

## ¶ SVMMA.

DOminium rei legatæ tranſit in legatarium, nu. 1.

¶ Dare eſt accipientis facere nu. 2.

¶ Fideicommiſſarius ſingularis non eſt dominus ante diem. nu. 3.

¶ Ancillarum partus, licet in fideicommiſſo vniuerſali pertineant ad fideicommiſſariū, ſecus in ſingulari fideicommiſſo. nu. 4.

IN fauorem donationis ſeruorum a. B. de. R. factæ in fratres hæc adducuntur. Primum ex multis ipſiꝰ legati partibus, de ancilla ei facti, colligi ipſam vere fuiſſe eius an-
1 cillæ dominam. ¶ Vt omittamus regulas illas iuris communes de dominio tranſeunte in legatarium ipſo iure, in. l. a Titio. de furt. cum ſimili. Probatur optime. ibi. para dar a. B. & paulo poſt
2 para embiar ala dicha. B. & paulo infra. ſe de a la dicha. B. ¶ Dare autem eſt accipientis facere. in. l. ſi rem tradi. de verb. obli. cum ſimi. Cum igitur dominium ipſiꝰ ancillæ in ipſam fuerit trāſlatū, partus ipſius ad eam pertinuerunt. in. l. partum. C. de rei. vend. cum alijs. Ac proinde libere potuiſſe conſtat de ipſis diſponere. Nec obſtabunt verba illa legati. de que ſe ſirua, y deſpues de ſus dias la aya. &c. Nam illa denotant cauſam finalem, propter quā legatum illud relinquitur, ſcilicet, vt ei ſeruiat, nec mutant naturā

legati.

3 ¶Confirmatur id ipſum ⁊ ex eo quod quando legatum vel fidei cõmiſſum fit ad diem & tempus certum, vel incertum, ante illum diem, vel tempus fideicommiſſarius non eſt dominus rei legatæ. in. l. Sempronꝰ Attalus. de vſufru. lega. in prin. vbi ita tenent Bart. & doctores, declarat optime Alexan. in. l. mulier. §. ſed enim ad Trebellia. & in. §. ſi hæres. Ex quo conuincitur dictam. B. fuiſſe vere dominam ipſius ancillæ, non autem fideicommiſſarium illum, ad quẽ poſt eius mortem iuſſa eſt deuenire, & ſic potuiſſe de partu ipſius diſponere.

¶Præterea hoc ipſum ita diſpoſitum inueniemus expreſſim. in. l. Paulus. in prin. ff. ad leg. Falci. ibi. partus ancillarum ad hæredes eiꝰ qui rogatus eſt, pertinere. &c. Quem tex. ad id notat Alexan. in. d. l.
4 mulier. §. ſi hæres. & §. ſed enim ad Trebellia. Vbi etiam id tradit, quod etiam ſi in fideicommiſſo vniuerſali hæreditatis, ancillarum partus ad fideicommiſſarium pertineãt vniuerſalem, & hæreditatem augeant, tamen aliud eſt in fideicommiſſo particulari & ſingulari, cum ante diem legati non ſit dominus ipſe fideicommiſſarius ſingularis, vt ſupra dictũ eſt, & diſponitur in. l. ſeruo legato in prin. de lega. I. cum alijs. Idq́ teneo ſaluo iudicio melius ſentientis.

¶28.

## ¶FACTVM.

F. M. periurij accuſabatur, apud Iudices ſupremos cauſarum criminalium Hiſpali, quod & ipſe in cauſa fratris falſum teſtimonium tuliſſet, & quendam alterum ſimiliter induxiſſet ad falſum teſtimonium ferendum, quod in eadem cauſa tulit. Ipſe autẽ dictum. F. M. apud iudices his fundamentis defendi. Et demum mitiori pœna pecuniaria, & exilij non ordinaria periurij fuit condemnatus.

¶SVMMA.

¶ SVMMA.

TEſti non creditur cõtra mandatorẽ, & ſuaſorẽ. nu. 1. Etiãſi ſit clæricus aut magnæ authoritatis nu. 2.

¶ In caſibus, quibus admittitur teſtis contra participem, non facit indicium ad torturam. nu. 3.

¶ Teſti non creditur, qui poſt depoſitionem dicit ſe falſum dixiſſe, etiam in mortis articulo. nu. 4.

¶ Negatiua improbabilis, & quomodo. nu. 5.

¶ Quælibet cauſa excuſat a periurio. nu. 6.

¶ Teſtes in præſentia rei iurare debẽt nu. 7.

¶ Ratione ſanguinis delinquens mitius punitur. nu. 8.

¶ Periuriũ in ſua cauſa non punitur nu. 9.

¶ Ex diuturnitate pœna mitigatur. nu. 10.

¶ Ratione nobilitatis pœna immutatur. nu. 11.

CQuiſſimi ac ſapiẽtiſſimi iudices. Pro F. M. hæc adducũtur. Et primo, quòd teſtimoniũ ipſius teſtis, qui deponit ſe ſuaſu dicti. F. M. falſum teſtimonium tuliſſe, nullã fidẽ facere debet. ℭ Nã iuxta iuris traditiones,
1 ei, qui proprium crimẽ de ſe cõfitetur, nõ creditur cõtra eos, quos dicit criminis mãdatores, vel ſuggeſtores. tex. eſt ad id

expreſſus.in.c.1.de cõfeſ.vbi ita notant.Abb.& docto. cõmuniter. & in.c.veniẽs.el.1.de teſti.in.l.fina.C.de accuſa.in.c.nemini.15.q.3. in.c.neganda.3.q.9.cũ ſimilibus.Vbi traditur cõmuniter per docto res,quód ex teſtimonio cõfitentis crimen proprium,non eſt alteri infligẽda vlla pœna,quẽ dicit fuiſſe mãdatorẽ.Et ita illũ tex.in.d.c. 1.de confeſ.ſũmant,& declarant Abb.& docto.cõm.ibi.Quia talis confeſſio,inquiunt,eſt periculoſa.Exiſtimant.n.homines ſe ideo euaſuros a pœna,quòd culpam in alios trãſferant.Quod ſane vitiũ à noſtris primis illis parentibus emanaſſe credendũ eſt, alter.n.in vxorem,altera vero in ſerpentem cauſam tranſgreſſionis vertebat.

¶Confirmatur id ipſum ex eo,quòd id locum habet,etiamſi teſtis
2 ſic deponens,& in alium culpam transferens eſſet clæricus,vt in d.c.1.de confeſ.Qui exiſtimãtur eſſe peritiores,& maioris authorita tis.Nedum homo leuis opinionis,qualis hic eſt,ſic deponens.vt de
3 clarat Abb.& doctores cõmuniter.in.d.c.1.de confeſſ.& vbi etiam plus tenet glo.ibi cõmuniter approbata,quòd in caſib' quibus par ticeps criminis admittitur in teſtimonium,vt in crimine læſæ maie ſta.& contra latrones,& ſimilibus,dictum talis ſocij criminis facit ſolũ qualẽ qualẽ præſumptionẽ,quæ nec ad torturam ſit ſufficiens. quam glo.ſequũ.ibi Abb.& alij magis cõmuniter.ſequi.Deci.in.c. quoniã.de teſti.in fin.verb.vbi etiam allegat Alexan.idem tenẽtẽ.

4 ¶Præterea id ipſum comprobatur ex eo,quód non creditur teſti, qui poſt depoſitionem dicit,ſe falſum dixiſſe,allegat.n.turpitudinẽ ſuam,& detegit.Ideo merito ei non eſt credendum,maxime in dã- num alterius.De quo eſt tex.optimus.in.c.ſicut nobis.de teſti.vbi notat Abb.& alij cõmuniter.Notat Bart.& docto.cõmuniter. in. l.ſi in graui.§.ſi quis moriens.ad ſyllani.vbi declarant id militare etiamſi in articulo mortis teſtis id aſſeueraret,ſe falſum dixiſſe,& ſe corruptum fuiſſe.Vnde ſententia lata non ideo retractabitur,nec damnũ ex eo alicui infligetur.vt in locis ſupra allegatis.Præſertim cum dictum huius teſtis ex alio nullius ſit momenti,cum ex ſua de- poſitione conſtet eſſe periurum,teſti autem periurij reo non credi tur,iuxta vulgaria.

¶Itẽ in alio articulo ex eo,quod ei ſimiliter opponitur, ipſum etiã falſum tuliſſe teſtimonium,multis ex cauſis excuſatur.Et primo ex

hoc quòd teſtes contradictum.F.M.adducti deponũt de negatiua, quæ per rerum naturam improbabilis eſt, niſi certo & determinato loco & tempore fuerit coãguſtata, & circumſcripta. Bart. Bal. Sali. Paul.& omnes.in.l.actor quod aſſeuerat.C.de proba.Abb.& doct. in.c.tertio loco de proba.glo.in.l.2.ff.eo.docto.in.c.cum Ioannes de fid.inſtru.Specu.tit.de proba.§.1.teſtes autem contra dictum.F. M.deponentes hoc caſu, non concludunt in dicta negatiua, vnde fides eis nullo modo eſt adhibenda.

¶Præterea ex alio etiam excuſatur, quód probabiliter exiſtimare potuit, id ita eſſe, vt ipſe depoſuit. Cum ad id credendum, iuſtis ex
6 cauſis moueri potuit. ☞ Quælibet autem credulitas etiam fatua, excuſat á dolo.in.l.1.in fin.vbi.glo.ff.de abig.in.l.igitur.§.poteſt.de lib.cauſ.in.l.3.§.ſi quis ignorans.ff.ad ſylla.Ange.in.l.1.in fi.prin.ff. de eo, per quem fact.erit.& in.l.plagij.ff.de plagi. Et bona fides ſolet adeſſe non ſolum, ex iuſtis rationibus, ſed etiam ex iniuſtis & temerarijs Bal.in.l.1.ad fi.per glo.ibi.C.vbi cau.ſta. Ergo quælibet cauſa etiam iniuſta excuſabit hunc a periurio, quod non poteſt cõmitti ſine dolo.in.l.nec exemplum.C.de fal.vbi.Bal.& docto.Ange.de maleſi.in.verb.falſario.col.3.cum multis alijs ſimilibus.

¶Item ex alio fides teſtibus contra eum deponentibus derogatur,
7 cum in preſentia ipſius rei non iurauerint, & in facie ☞ ipſius iurare debeant.in.l.iudices.C.de fid.inſtru.in.c.2.de teſti.in.l.23.tit.16. part.3.aliter teſtium depoſitio in cauſis criminalibus nullius cẽſetur eſſe momenti, & idem affirmandum eſt in noſtro themate.

¶Præterea, vt omnia ſupra dicta omitteremus, caſu quo conſtaret de crimine contra dictum.F.M. oppoſito. Ignoſcendum erat ſané ei, qui pietate erga germanum fratrem motus, qui de vita & ſanguine periclitabatur, id molitus fuiſſet. Nec enim adeo in humanæ aut ſeueræ ſunt legum diſpoſitiones, vt humana à ſe aliena putent,
8 in.l.placet.C.de peda.iudi.in.l.1.cum alijs.ff.de iuſti.& iu.☞ Sic iuris diſpoſitiones, contra recœptatores latronnm, & ſimilium, quæ ſimilitudinem ſupplicij inducunt.in.l.1.C.de his qui latrones. & per totum titu.in.l.1.ff.de recœptatori.cum ſimilibus, recep tantem agnatum, vel cognatum mitius puniunt, aut etiam affi

nem.in.l.fina.ff.de recœpta. Non enim inquit tex. par eorum eſt conditio, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones occultant. Sic ſtatuto punicte pœna capitis eum, qui bannitũ, ſeu proſcriptum recœperit, vxor maritum eius cõditionis impune recipiet. Specu. tit. de dona. inter vi. & vxo. §. fina. argu. tex. in. l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo, ſolu matri. Si iudex ecclæſiaſticus excommunicet cum excõmunicatis participantes, nõ idcirco excommunicabit domeſticos & familiares excõmunicati. in. c. inter alia. de ſentẽ excõmu. Si lex militem pro deſertore & emãſore habeat, quód vltra cõmeatum abſuerit. in. l. 1. & 2. & per totum de re. milita. indulget militi, qui affectione parentum, propinquorũ, vel affinium ab fuit diutius. in. l. 4. §. fina. de re. mili. Si milites prohibentur prædia emere, in loco vbi militant, ſi paterna prædia fiſcus vendat, impune comparare poterunt. in. l. milites prohibentur. de re. milita. Militẽ deſertorem imperatori a patre oblatum, in deteriorem militiã Diuus Pius tranſtulit. in. l. milites agrum. §. fina. de re. mili. ne videatur inquit tex. pater ad ſupplicium filium abtuliſſe. Lex Iulia repetundarum quæ iudices auaros punit, & munera ſumere vetat, ſi á propinquis & cognatis accipiant, obſoluit. in. l. 1. ff. ad leg. Iul. repe. Si quis ſe pulſatum verberatumué queratur, non audietur, ſi iniuriarũ agat contra generum, ſocerum, victricum, ſobrinum, vel ſimilem, aut propinquiorem. in. l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniu. Cum infinitis ſimilibus quæ in hoc adduci poterant.

¶ Immò vero rectius meo iudicio agemus, ſi periurium hoc, quod eidem infligitur, in ſua cauſa, & non aliena fuiſſe dicamus. Ac proinde nullam pœnam mereri. in. l. iuris iurandi. C. de reb. credi. in. l. 26. tit. 11. part. 3. Vbi ita intelligit Montaluus, & Grego. Lopez, & docto. in. d. l. iuris iurandi.

¶ Præterea ſunt multæ aliæ cauſæ abſoluendi hominem ab hoc reatu. Scilicet diuturnitas temporis à die, quo dicitur, id accidiſſe, quo caſu pœna mitiganda venit. in. l. ſi diutino. ff. de pœn. Vbi notat
10 Bart. & alij. ¶ Et teſtimonium illud pro reo, & eius defenſione, nõ ad condẽnationẽ dictũ fuiſſe. Et quòd nemo de hoc conqueratur, ſed ſolum officio iudicis procedatur. Quódq́ predictus. F. M. ex
11 claris progenitoribus & nobilitate inſignibus procreatus, & ipſe

nobilitatis prærogatiua,& poſſeſſione fruatur. Ex quo pœna etiam minuenda eſt.in.l.capitalium in prin.&.§.& vt generaliter.in.l.8. tit.31.part.7.cum multis ſimilibus.

¶ 29.

## ¶ FACTVM.

PEtrus.P. petebat à iudice eclæſiaſtico ſibi tradi ſeruanda bona cognati ſui. Qui per decem annos,& eo amplius abſens erat,cum cautione ſufficiēti,quam offerebat,ſe illa ſeruaturum, rationemq; daturum,tam eorum, quam fructuū, reddituūq; ex eis perceptorum ipſi domino. Contra clæricꝰ qui ea bona poſſidebat, id locū non habere affirmabat. Et tandem iudicis ſententia pro ipſo Petro P. actore pronunciatum fuit. Me pro ipſo patrocinante his & ſimilibus.

## ¶ SVMMA.

BOna abſentis traduntur ſeruanda proximiori cognato.nu.1. Idem in bonis captiui.nu.2.

¶ Is debet dari tutor vel curator

bonis, qui eorum futurus eſt hæ-
res, nu. 3.

¶ Hæreditati iacenti curator dan-
dus, nu. 4.

¶ Defficiente iure canonico ſerua-
tur ius ciuile, & contra, nu. 5.

ADmodum reuerende ac obſeruande iudex, in fauorẽ
Petri. P. ſuper bonis cognati abſentis, adducuntur ſe-
1 quentia. Et primo probatum eſſe ſufficienter hũc pro
ximiorem agnatũ eſſe dicti abſentis. Ac proinde
bona ipſius ſibi tradenda eſſe ſeruanda. Maxime cum
neſciatur quas ille habitet terras, aut vbi abſit. Quod certe expreſſe
conſtitutum inuenimus. in. l. 4. tit. 29. part. 2. ibi. y eſtos bienes ma-
guer que todos ſean obligados a guardarlos, mayormẽte conuiene
a ſus parientes mas propinquos. &c. quæ habuit ortum a. l. 3. C. de ca
pti. vbi glo. & doctores cõmuniter ita tenent, & determinant, quód
2 idem ſit in bonis abſentis, quod in captiuis, iuxta dictam. l. 3. C.
de capti. vbi notat Bal. dicens. Nota bonis abſentium curatorẽ dan
dum. &c. Et ibi. nota iſtum curatorem peti poſſe á quolibet coniun
cto. &c. idem Bart. Salice. & doctores communiter ibi. Et ita vide-
mus in vſu adſeruari in noſtro regno communiter.

3 ¶ Quod etiam confirmatur ex eo, quod ſecundum iuris, regulas is debet eſſe tutor, & curator bonorum, qui & hæres inteſtati futurus eſſet. in. l. quo tutela. ff. de regu. iu. vbi tex. Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit. &c. in. l. 1. ff. de legi. tuto. vbi glo. Bart. & docto. cõmuniter, cum ſimili. Vnde merito huic bona ſunt tradenda, qui & hæres ipſius abſentis eſſe deberet.

4 ¶ Præterea hæreditati iacenti, curator eſt dandus, ſiue deferatur, ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato talis hæreditas. in. l. ſi diu. ff. quib. ex cau. in poſſe. ea. ibi curator bonis datur. &c. Cum igitur bona, de quibus agitur, ipſi abſenti, ex parentum hæreditate ſint delata, curator ipſis bonis, & hæreditati iacenti dandus eſt dictus. Petrus. P. tamquam

propinquior agnatus abſentis. Confirmatur etiam ex toto titulo. ff. de cura. bon. dand. vbi in hoc præcipue diſponitur, de curatore bonis abſentium à iudice dando.

¶ Nec obſtat ſi opponatur, illud obtinere in foro Laicorũ, & quòd aliud ſit dicendum in foro canonico, & ecclæſiaſtico, in quo modo agitur. Nam hoc ipſum etiam iure canonico obtinere debet. In quo ſucceſſiones ab inteſtato etiam proximioribus deferuntur. in. Rub. & per totum. de ſucceſ. ab inteſt. Et ex conſequenti tutela, & cura ipſorum bonorum, vt ſup. dictum eſt. Maxime autem, cum etiam ſi in hoc deficeret nobis ius canonicum, ſeruandum ad huc eſſet ius ciuile. Et quod in eo diſpoſitũ hoc caſu reperimus, etiã in foro canonico. iux. tex. et ibi notata per Abb. & omnes cõmuniter. in. c. 1. de no. ope. nunci. per Palaciorru. in. repe. Rub. in prin. cum alijs, quòd deficiente iure canonico, ſeruetur ciuile, & contra.

¶ 30.

## ¶ FACTVM.

PEtrus. T. cum eſſet ætatis viginti annorum, ex domo ſui curatoris mulam eius arripuit, renitentibus famulis ipſius curatoris, ac neſciente ipſo curatore, & in ea per vrbem ſpacio trium aut quatuor horarum deambulauit. Poſt tres autem, aut quatuor dies denunciatũ id eſt iudici, ac ipſe accuſatus, quòd contra diſpoſitum in Pragmatica ſanctione huius regni, id commiſiſſet. In quo iudex inferior pœna dictæ legis ipſum condemnauit. Ipſe autem in appellationis gradu eum apud ſupremos cauſarum criminalium iudices Hiſpalēſes defendi, qui cũ eo mitius agendum manifeſte oſtenderunt, ac conſulto cauſam indeciſam omiſerunt.

## ¶ SVMMA.

STatutum vel lex diſponens quod inuētus puniatur. &c. intelligitur ſi in ipſo actu inueniatur, & apprehendatur. nu,1.

¶ Lex noua intelligitur, & limitatur ꝑ antiquam. nu. 2. Etiam ſi in ipſa dicatur non obſtantibus legibus. &c. & nu. 3.

¶ Leges ſunt ſeruandæ, & interpretandæ iuxta communem, & ſolitum vſum ipſarum. nu. 4.

¶ Ignorantia iuris particularis excuſat minores in delictis. nu,5.

¶ Minoribus in leuibus delictis magis ſubuenitur. nu,6.

¶ Res aliena non amittitur, ſi dñs neſcierit, in ea aſportari vetita. nu,7.

¶ Leges conta ius commune, reſtringẽdæ, nu,8. maxime pœnales.

¶ Ad proximiora fit declaratio, nu. 9.

¶ Quando dominus non poſſet recuperare valorem rei ſuæ, non incidit in cõmiſſum, nu, 10.

EQuiſſimi ac ſapientiſſimi iudices. Pro parte. Petri. T. minoris hæc adducuntur. Primo pragmaticam illam ſanctionem eſſe ſane intelligendam, & ita demum habere locum, ſi inueniatur, & apprehendatur à iudice, vel poteſtatem ad id habente in ipſo actu, non aliter.

Idq; colligitur ex alia ſimili lege maniſeſte in pragmaticis antiquioribus.fol.146.col.1.in littera.e.ibi.ſo pena que ſi en otra manera fuere fallado con mula,que pierda.&c.Et in hoc concordant doctores omnes nemine dēpto.in.l.1.in prin.ff.de adqui.poſſe.vbi Iaſo.late.penu. & fina.col.multa ſimilia colligit.Bal.Salice.& omnes. in .l.ſi Barſatoram.per bonum tex.ibi.C.de fideiu.Bart.& docto.communiter.in.l.cotem ferro.§.dominus.de publica.& in.l.cum propo
1 nas.C.de nauti.fœn.& in pluribus alijs locis. Vbi omnes determinant,ſi ſtatutum,vel lex diſponat,vt qui fuerit inuentus ludere,vel arma portare,vel ſimilia facere puniatur.&c. intelligitur de inuentione,& apprehēſione,quod plus,& fortius eſt.Lex autē hæc noua
2 licet non ita aperte dicat,intelligenda,& interpretanda eſt ſecūdū veterem illam.in.l.non eſt nouum.& in.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.vbi glo.Bart.Paul.& doctores omnes tenent generaliter,quòd leges nouæ declarantur,& limitantur per veteres,& antiquiores.
3 Etiāſi in lege noua diceretur non obſtantibus quibuſcūq; legibus,nam tunc etiam per veteres intelliguntur,& limitantur nouæ leges.tenet Paul de Caſt.in.d.l.non eſt nouum.& Iaſo. plurima ſimilia referens.in.l.ſciendum.in.prin.ff.qui ſatiſd. cogan.in prin. nu.2.4.&.5.Cum igitur hic,de quo agimus,non fuerit,in ipſo actu deprehenſus,merito contra eum accuſatio illa non eſt admittenda.

¶ Secundo bene adiuuat intentionem noſtram vſus & conſuetudo vulgaris huius regni,in his & ſimilibus prohibitionibus,& in intellectu,& praxi ipſarum.Non enim fit executio pœnarum,niſi contra deprehenſos in ipſo actu,vt in arma portātibus,& ſimilibus vſu
4 uenire cotidie animaduertimus. Idq; eſt adſeruandum.in.l.minime.& in.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.vbi tex.Videndum eſt, quo iure ciuitas retro in eiuſmodi actibus vſa fuit.&c.

¶ Præterea, quis dubitet propter ætatem dictum Petrum.T.
5 & huius iuris ignorantiam excuſari debere? Nam licet iuris naturalis ignorantia minores in delictis non excuſet, tamen iuris particularis,quale hoc eſt, ignorantia bene excuſabit.glo.vbi
6 Doctores.in.l.regula.ff.de iu.& fa.igno. Et licet minoribus

F v

in atrocioribus non ſubueniatur, tamen in leuioribus eis eſt ſubueniēdum. in. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. in. l. 1. C. ſi aduer. deli. vbi Bal. & omnes docto. Nec obſtat verbū illud in dicta pragmatica ſanctione. de qualquier edad q̄ ſea. &c. Quia nō propterea cenſetur derogari iuri communi, & beneficijs in fauorem minorū introductis, maxime quando ſua facilitate & imperitia eſſet lapſus minor, vt hic. traditur late per Bart. & doctores. in. l. Centurio. de vulga. vbi plura.

¶ Item, quod ad mulam ipſam attinet, dicendum eſt ſine dubio in
7 ea pœnam nullo modo locum habere, cum ſit aliena, nō ſua, nec dominus id ſciuerit. Iuxta diſtinctionem tex. in. l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publica. quod dominus nauis, qui ignorauit, in ea aſportari res vetitas, non amittit nauem, ſecus ſi ſciret. vbi glo. Bart. & doctores communiter, maxime Paul. de Caſt. Pro quo in ſimili eſt tex. in auth. de ecclæſi. titu. §. ſi quis in ſua domo. vbi ſi domin⁹ neſciuit celebrari diuina officia in domo ſua contra legis prohibitionem, non amittit domum, ſecus ſi ſciuiſſet. Et ita in noſtro themate, quamuis in dicta pragmatica ſanctione dicatur, aunq̄ ſean agenos. Nam id ſane eſt intelligendū, quando dominus ipſe ſpōte ſua mulam in eum vſum dediſſet, aut eo ſciente id cōmiſiſſet. Et eam legē ſic eſſe interpretandam dicendum eſt, vt declaretur, & limitetur. per. d. l. cotem ferro. §. dominus. Et alia ſupra dicta, iuxta diſpoſitionem tex. in. l. non eſt nouum. & . l. ſed & poſteriores. ff. de legi. vt ſupra dedu
8 ctum ſatis eſt. Maxime autem cum dicta ſanctio exorbitans ſit à iure communi, & odioſa, ac propterea reſtringenda, & non ampliāda. in. l. odia. de regu. iu. in. l. benignius. & in. l. interpretatione. ff. de pœn. cum alijs ſimilibus.

¶ Præterea facit pro hac parte, quòd verba illa, aunq̄ ſeā agenos, nō
9 debent referri ad retro præcedētē diſpoſitionē de mulis, ſed tantū ad proximiorē de alijs. Nā regulariter clauſula in fine poſita refertur ad proximiora. Notat Bart. & omnes, maxime Iaſo. nu. 5. & . 6. cū ſeq. vbi plura. in. l. 2. §. filius. ff. de lib. & poſthu. Bal. & doctores. per tex. ibi. in. l. 1. C. de. libe. præte. in. l. quiſquis, cum glo. vbi Bart. de lega. 1. Bart. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium tabularum. col. 1. ff. de eden. Paul. & Raph. in. d. l. 1. C. de lib. præte. cum alijs ſimilibus.

¶Poſtremo,ſimiliter in hoc illa ratio militat,quòd dictꝰ Petrus. T.
10 pauper ſit,& non ſoluendo valorē mulæ,& pœnæ. ¶ Quo caſu res aliena non incidit in commiſſum,nec eſt amittenda,cum dominus ipſius non habeat recurſum ad eam recuperādam,vt hoc caſu.Et ita determinant.Bal.& docto.cōmuniter.in.l.cum proponas. C.de nauti.fœn.& in.d.l.cotem ferro.§.dominus.de publica.vbi Alexan.in additio ad Bart.& alij.Cum multis alijs ſimilibus.Et ita affirmandnm eſt hoc caſu.

¶31.

## ¶FACTVM.

IN inſula,quam magnam Cannariam vocant, exigebatur á quodam ciue Vbedæ ciuitatis Hiſpaniæ Bethicæ portorium,ſeu vectigal almoxarifazgo vulgo dictum,ad rationem quinqꝫ pro centenario,pro mercibus,quas in eam inſulam inuexerat.Ille autem ſe defendebat, aſſerens ciues illius ciuitatis Vbedæ,iam olim priuilegio catholicorum regum Ferdinandi,& Eliſabeth,á ſolutione portorij ſeu Almoxarifazgo immunes eſſe,atqꝫ huic liti nomine ipſius etiā ciuitatis Vbedæ facta fuit oppoſitio.In qua poſt varias ſententias latas,poſtrema ſupremorum iudicum Regijs vectigalibus in curia præfectorum,quos contadores mayores vocamꝰ, vná cum duobus alijs regijs cōſiliarijs,in fauorem dictæ ciuitatis Vbedæ,& ciuis ſui pronunciatum fuit.Non obſtantibus his & ſimilibus,quibus apud iudices ipſos egeram.Quæ tamen aliqui ex ipſis iudicibꝰ laudauerunt,& probauerunt.

## ¶SVMMA.

NOſtra ſunt quibus authoritatem noſtram impartimur.nu.1.

¶Priuilegia ſunt contra ius commune,& ideo reſtringenda,non amplianda.nu.2.

¶Beneficia & munificentia principis late interpretãtur, ſed priuilegia ſtricto modo, & in fauorẽ concedentis. nu. 3.

¶Subrogatum eſt eiuſdem naturæ cum eo in cuius locum ſubrogatur. nu. 4.

¶Lis inter alios acta alijs non nocet. nu. 5.

EMinentiſſimi ac ſapientiſſimi iudices. Pro inſulanis
magnæ Cãnariæ, cõtra. Rode. q. & ciuitatem. V. addu-
cuntur ſequentia. Primo priuilegium illud. V. ciuita-
tis de non ſoluendo portorium ſeu almoxarifazgo iã
pridem eſſe declaratum & interpretatum regio reſcri
pto ſummorum præfectorum vectigalibus regijs, non extendi de-
bere ad inſulam, de qua agimus. Quæ interpretatio vim ac robur de
bet obtinere, tamquam ſi à rege ipſo emanaſſet. Cum prædicti iudi
ces integram habeant ab ipſo poteſtatem, & authoritatem in regijs
1 vectigalibus, quale hoc eſt, de quo agimus. ☞ Omnia. n. noſtra faci-
mus, quibus authoritatem noſtram impartimur. in. l. 1. C. de vete. iu.
enu. vbi Bal. & docto. cũ ſimilibus. Nec obſtat, quod reſpondetur
id in preiudicium tertij non eſſe admittendũ. Nam hoc locũ habe-
ret in caſu dubio, hic autem manifeſte ſuper hoc ipſo diſponitur, &
cum clauſula non obſtante, & alijs. Iuxta tradita per Bart. & docto-
res communiter. in. l. Centurio de vulga. per Bal. Salice. & ali. in
Rub. C. ſi contra ius, vel vti. pu. cum alijs.

¶Præterea liquidiſſime patet priuilegium, illud non ſoluendi
portorium, ſolum intelligi in hiſce Regnis Hiſpaniæ, quæ tem-
pore conceſſionis erant ſub ditione regum concedentium ipſum
priuilegium, nec debet aut poteſt extendi ad non cogitata, nec
ad inſulas, quæ in dominio regum tum temporis non erãt. Maxime
2 quia cũ priuilegia ☞ ſint cõtra ius cõmune. in. l. quod fauore. C. de
legi. in. l. 1. & in. l. quod vero contra. ff. eo. non debent ampliari,

ſed reſtringi.in.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta.Vbi notant Bal.& docto.cõmu.in.c.quod dilecto.de conſang.& affi.vbi Abb.& docto. Latiſſi. Bart.& Moder.in.l.beneficiũ.ff.de cõſti.prin.Idq́ꝫ maiori cũ ratione in dictis inſulis obtinere debet,in quibꝰ nulla vnquã ſpes fuit,aut ius poſtliminij,aut ſimile. Cũ nunquã ſub imperio regum Hiſpaniæ antea fuiſſent.Immò neq́ꝫ vnquã notæ eſſent.in.l.id quod apud hoſtes.de lega.1.vbi Bart.& alij.in.l.in bello.de capti.in.l.ſi is qui pro emptore.de vſuca.cũ ſimilibus.

¶Nec oberit,quod pro parte dictæ ciuitatis.V.& ipſiꝰ.Rod.q.allegatur priuilegium illud late interpretandum eſſe contra reges con
3 cedentes.Nam ad hoc in prõptu reſponſio eſt,℞ Beneficia ſeu munificentiam regiam late eſſe interpretanda cõtra concedentẽ,vt puta ſi princeps donaret caſtrum,vel municipium,vel ſimilem donationem faceret,ſecus in priuilegijs,quæ ſtricto modo,& in fauorẽ concedentis ſunt accipienda.vt in.d.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta. vbi docto.laté.& in.d.c.quod dilecto.de cõſangui.& affi.vbi Abb. & alij.ita notãt.Notat Bart.& Moder.vbi Iaſo.late.in.d.l.beneficiũ. de conſti.prin.cum multis alijs ſimilibus.

¶Cõfirmantur ad huc prædicta ex eo,quòd portorium illud,quod ſoluitur in dicta inſula,ſucceſſit in locum gabellæ ſeu alcauala,quæ in dictis inſulis non ſoluitur,vt conſtat ex titulis & conceſſione ipſius portorij,in proceſſu cauſæ adductis.Cum igitur ciues dictæ ciuitatis.V.non eximantur á ſolutione gabellæ, ex conſequẽti,nec à ſoluendo portorio illo ſeu almoxarifazgo excuſabuntur. ℞ Cum
4 ſubrogatum ſit eiuſdẽ naturæ cũ eo in cuius locum ſubrogatur, iuxta vulgaria.

¶Similiter non obſtat id,quod adducitur in cõtrarium,priuilegiũ illud dictæ ciuitatis.V.in iudicijs cõtradictorijs, cum aduerſarijs agitatis fuiſſe obſeruatum.Nam id obtinuit in hoc regno Hiſpaniæ
5 non in dicta inſula.Præter id quod negotiũ inter alios actum, alijs non nocet.&c.

¶32.

¶FACTVM.

IAcobus. R. facto primo teſtamẽto nũcupatiuo in eo hæredẽ vuiuerſalẽ inſtituerat Petrum. F. amicũ ſuum. Cõſuetudinem deinde habens cũ quadã muliere, quæ ex ipſo prægnans erat, vẽtrẽ eius hæredẽ ſcripſit in ſecundo teſtamẽto clauſis tabulis facto in ſcriptis, legitimo numero teſtiũ & corã tabellione. Qui tamẽ tempore cõfecti teſtamẽti ſubſcriptionẽ ſuã, nec ſignũ in eo poſuit. Sed mortuo teſtatore, & aperto teſtamẽto tũc demũ fidẽ præbuit, ſe affuiſſe teſtatori, cũ illud cõdidit vnà cũ teſtibus. Et tunc demũ ſubſcriptionẽ & ſignũ ſuũ appoſuit dicto teſtamẽto. Agebat hæres ex primo teſtamento ad bonorũ poſſeſſionẽ, agebat ſimiliter mater vẽtris nomine ex ſecundo. Pro quo hæc ſcripſi, & licet ex primo teſtamento bonorũ poſſeſſio fuit aſſignata, tamen ad huc ſub iudice lis eſt.

## ¶ SVMMA.

SVbſcriptio & ſignum Tabellionis in teſtamento in ſcriptis non requiritur, vt apponatur in principio teſtamenti. nu. 1.

¶ Tabellio poſt depoſitionẽ, aut priuationem officij poteſt ſcripturas cœptas coram ſe perficere. nu. 2.

¶ Fundamentum inſtrumentorũ eſt veritas, & cum de ea cõſtat, verba nõ moramur, aut ordinẽ. nu. 3.

¶ Subſcriptiones teſtium, & teſtatoris licet ſupra teſtamentum non ponantur ſed intus, aut in fine, non nocet. nu. 4. & 5.

¶ In.l.3.Tauri nõ requi. vt ſubſcriptiones fiant ſupra teſtamẽtum nu.6.

¶ Ordo aut ſolennitas modici præiudicij non nocet ſi omittatur. nu.7.

A Iud. Pro parte. F. adducuntur & faciunt ſequentia, ſuper ſecundo teſtamento, in ſcriptis clauſis tabulis condito. Et primo verum illud eſſe & abſq; dubio aliquo conſtare, hoc ſecundum teſtamẽtũ coram legitimo numero teſtiũ & Tabellione publico á teſtatore fuiſſe conditum. Néq; eius fidei
1 derogandũ icci rco eſſe in aliquo, quòd Tabellio ipſe ſtatim ſuper
ipſo teſtamẽto non ſubſcripſerit, neq; ſignũ ſuũ appoſuerit. ¶ Suffi
2 cit enim quòd poſtea apertis tabulis id fecerit. Cum etiamſi iam de
poſuiſſet officium tabellionatus, & aut eo priuatus fuiſſet, id potuiſſet efficere, & tale teſtimonium valeret. Notat Bart. Ange. Alexã. Iaſo. & omnes doctores communiter. in.l. prætor. §. cogentur. ff. de eden. Idem Bart. Iaſo. & omnes in.l. Barbarius. ff. de offi. præto. vbi plura. per bonam glo. in Auth. de Tabellio. in verb. documentis, quæ eſt communis concluſio, & opinio. Per quam ita conſului, & obtinui in quadam ſcriptura publica venditionis ædium, quam tabellio ipſe non perfecerat, & poſt depoſitum officium perfecit, cũ coram eo partes eam celebraſſent durãte officio. Maior igitur ratio hoc caſu militat, cum tabellio ipſe nec priuatus, aut ſuſpenſus eſſet officio, nec illud depoſuerat, ſed paulo poſt conditum teſtamentũ id teſtimonium præbuerit.

3 ¶ Confirmatur id ipſum ex eo, quód fides inſtrumentorum fundatur, & radices habet in ipſa veritate, de qua cum conſtet, cætera leuis momenti non moramur, vt puta verba, vel ordinem ſcripturæ & ſimilia, hoc deducitur claré ex doctrina illa notabili Bal. in. l. ſi ex cautione. 1. quæſtio. C. de non numera. pecun. Quem ſequuntur Docto. ibi. refert, & ſequitur eam laudãs Iaſo. conſi. 153. nu. 2. verſi. 2. benefacit. Quòd etiamſi ab inſtrumento remoueantur verba, dum tamen mens & veritas ab eo non deficiant, nihil obeſt. Et ita dicendum ſit in hac. q. cum Tabellio teſtimonium præbeat veri-

tatis, nihil obeſſe quòd ordine præpoſtero id fecerit. Dixi ſupra. c. 21. nu. 4. latius.

¶ Comprobatur id ipſum ex alia doctrina notanda Bal. in. titu. de
4 pac. conſtan. §. die lunæ. ſuper verb. in præſentia. ☞ Quòd ſi in teſta mento in ſcriptis ponatur ſubſcriptiones teſtium int⁹ in teſtamẽto
5 non extra ſuper ipſo, nihil noceat. ☞ Et ex eo quod in terminis nr̃i regni tradit Grego. Lopez in. l. 2. tit. 1. part. 6. in verb. otros teſtigos quòd ſi teſtator in fine teſtamenti ſubſcribat, non ſimul cum alijs teſtib⁹ neq; in principio teſtamẽti, nihil obſit. Quod etiã cõprobat p l. hac conſultiſſima, in prin. C. de teſtamẽ. ibi. in reliqua parte ſubſcribat. &c. Neq; ad id repugnare contẽdit tex. in. l. 2. Tauri. Cumq; ordine intellectus perinde ſit, ac ſi in principio, & ſuper ipſo teſtamento ſubſcriptiones illæ factæ fuiſſent. Vbi etiam plura in hanc partem adducit dictus doctor Grego. Lopez.

¶ Neq; his obſtabit tex. in. l. 3. Tauri. ibi. encima del teſtamento.
6 ☞ Nam id non requiritur pro forma ſubſtanciali. vt ſupra ipſum teſtamentum ſubſcriptiones apponantur, patet clare infra, ſino tuuiere la dicha ſolenidad de teſtigos, no haga fe. &c. Itaq; ſubſtantialia teſtamenti in ſcriptis illa erunt, quòd coram illo numero teſtium, & Tabellione fiat, quòd vero ſubſcriptiones teſtium, Tabellionis, aut teſtatoris in principio, vel in fine reperiãtur, parum, aut nihil referre puto.

¶ Confirmatur hoc ipſum ex notatis per Bart. Alexã. & omnes. vbi Iaſo. nu. 11. in. l. 2. §. pri⁹. ff. de vulg. Bart. in. l. vniuerſis. & ibi clarius
7 Paul. de Caſt. C. de preci. impe. offe. Idem Paul. in. l. 1. ff. de conſti. princi. quòd quando ordo eſt modici præiudicij, eius omiſſio non viciat. Immò quando ipſa forma vel ſolennitas, non eſt magna importantiæ, vt ipſi dicunt, eius omiſſio non nocet, aut actum inualidat. Et ſic dicendum eſt in propoſito negotio.

¶ 33.

¶ FACTVM.

¶ Hieronimus

HIeronimus. H. in portu Gaditano nauim cō duxerat certo pretio, ad vehēdum triticum & ordeum ex Cannariæ inſula. Contigit vt appulſa naui, illuc, vbi onus erat recœptura mandato rectorum illius prouinciæ aſportatio frumenti ſub graui mulcta inueniretur prohibita. Vnde conductor nauis obtulit capſas ſaccari, & ſimilia, quæ pro onere frumenti ſatiſfacerent. Domino autem nauis nolente id recipere, & vacua naui in portum Gaditanum redeūte, naulum exigebat. Contradicebatur ſibi non deberi. In quo Iudex Gaditanus eidem ſolui iuſſerat integram ſummam, quæ ſententia in appellationis gradu fuit reciſſa, his & ſimilib⁹ à me adductis.

¶ SVMMA.

IMpoſſibilitas, & difficultas excuſat. nu. 1.

¶ Locator præſtando æque commodam rem, & habitationem liberatur. nu. 2. & 3.

¶ Si res euincitur ex plenitudine poteſtatis principis euictionis actio ceſſat. nu. 4.

RECtiſſimi Iudices. In cauſa Hieronymi. H. ſu-
per penſione nauis adducuntur ſequentia. Et
primo, quòd prohibita aſportatione fruméti,
quod in nauim eſſet inuecturus, liberatus ſit.
1 ☞ Cum non ſolum impoſſibilitas, ſed etiam
difficultas excuſet. in. l. quod te mihi. ff. ſi cer.
pe. in. l. ſi ex legati cauſa. de verbo. obli. in. l. im
poſſibilium. eo. tit. in. §. impoſſibilis. de inuti. ſtipu. cum multis ſi-
milibus. At hic vtrumq; interuenit, tam impoſſibilitas, quam diffi-
cultas præſtationis.

¶ Secundo ad factum hoc eſt tex. expreſſus pro noſtra parte. in. l. ſi
2 quis domum in prin. ff. loca. ibi. ſi paratus ſit aliam habitationē, non
minus cōmodam præſtare, æquiſſimū eſſe ait abſolui locatorē. &c.
Quem tex. notat ibi glo. Bart. & alij ad hoc ipſum. Cum igitur on⁹
æque idoneum naui ſit oblatum, & expreſſe accipere recuſauerit,
non eſt cur penſionem ſine cauſa debeat obtinere.

¶ Præterea ad idem etiam eſt tex. expreſſus. in. l. cum in plures. in
3 prin. ff. loca. ibi. niſi paratus fuiſſet locator, commodam ei domum
ad habitandum dare. &c. Vbi glo. Bart. & Doctores. Non erat igi
tur cur onus illud in nauim recuſaret accipere, cum eſſet æque
idoneum.

4 ¶ Comprobatur id ipſum argumento ſimili. tex. in. l. Lucius Titi-
us. ff. de euictio. vbi ſi res euincatur plenitudine poteſtatis princi-
pis, ceſſat actio euictionis. Quod id ipſum hoc caſu locum habere
manifeſte apparet. Cum aſportatio frumenti mandato rectorum
prouinciæ eſſet inhibita, ac propterea ceſſauerit obligatio dandi
frumentum; quod in ipſam nauim imponeretur vehendum.

¶ 34.

¶ FACTVM.

FRanciſcus. E. in perpetuam conceſſerat emphyteoſin agrum cum iuriſditione, & alijs omnibus ei annexis pro mille ducatis, quos ſtatim recœpit, & triginta millibus nummorum ſingulis annis in perpetuũ ſoluendis. Cum pacto redimẽdi redditum hunc, quãdo ipſi emphyteotæ placeret tribus alijs millibus ducatis. Cum autem propinquior agnatus eodem pacto & pretio id ſibi vellet habere, & retrahere, ex aduerſo negabatur id locum obtinere. Et demum vltima ſupremorum vndecim iudicum Hiſpalenſium ſententia retractui locum eſſe pronunciatum fuit. Cum prius in vna, atq; altera, & rurſus in tertia iudicum aula varijs ſuffragijs negotium fuiſſet agitatum.

## ¶ SVMMA.

QVando in contractu interuenit pretium, eſt emptio, licet de emptione nulla fiat mentio. nu. 1.

¶ Statutum, vt de pretio cuiuscũque rei ſoluatur gabella, intelligitur de vẽditione. nu. 2.

¶ Si princeps, aut priuatus donet feudũ, aut aliud, pro certo pretio, non eſt donatio, ſed venditio. nu. 3. Maxime quando precium eſt æquiualẽs, aut nõ omnino diſpar. & nu. 4.

¶ Ex pacto redimẽdi cenſum in cõtractu emphyteotico, reſultat cõtractus venditionis. nu. 5.

¶ Verbũ donationis, & alia interpretantur cõtra propriã ipſorũ ſignificationẽ ex ſubiecta materia. nu. 6.

¶ In ſolo contractu venditionis habet locum retractus. nu. 7.

A.Iudi.in cauſa retractus iure ſanguinis fundi, & alio-
rum adducuntur ſequentia. Et primo hunc fuiſſe reue
ra contractum emptionis à principio, non autẽ em-
phyteoſis, vt ipſius verba ſonant. Vnde conuincitur
1 in eo locum eſſe retractui. ☞ Regula enim eſt gene-
ralis, & veriſſima, quòd vbicumq; in contractu fit mentio de pretio
& interuenit pretium, intelligitur emptio, & venditio, licet de em-
ptione, & venditione nulla ſit facta mentio. Ita notat glo. notabilis
in. l. 4. §. ſi cum legitima. in verb. pretio. ff. de dol. except. quam ibi
notant. Bart. & alij. eſt glo. ſimilis. in. l. cũ dotẽ. C. de iu. doti. in verb.
2 quis enim. quam ibi ſequitur, & extollit Bal. ☞ Ex qua etiam ibi no
tat, quód ſi ſtatutum diſponat, vt de pretio cuiuſcumq; rei deductæ
in contractum ſoluatur gabella, intelligitur de emptione tantum,
propter verbum precij, ibi poſitum. Quam etiam glo approb. & cõ
mendat Iaſo. in. l. 1. C. de iu. emphy. nu. 23. vbi ponit plures eius rei
effectus. Sic igitur dicendũ in propoſita hac quæſtione, vt contra-
ctus hic emptionis ſit, non emphyteoticus, propter pretium inter-
ueniens. Vnde etiam neceſſario conuincitur, & in eo habere locũ
retractum eiuſmodi.

¶ Confirmatur id ipſum ex eodem Bal. in. l. qui ſe patris. C. vnde li
be. col. 10. verſi. & ſcias. quem refert, & ſequitur Iaſo. in. l. 1. C. de iu.
emphy. nu. 52. refert, & ſeq. Palaciorru. repe. Rub. §. 7. nu. 3. vbi alle-
gat Roma. Andr. Sicu. & alios. Idẽ Bal. in. l. gal⁹. §. & quid ſi tantũ
3 de libe. & poſthu. ☞ Quód ſi fieret cõtract⁹, in quo princeps dona-
ret feudũ pro centũ, aut inter priuatos fieret donatio feudi, vel alte-
rius rei pro certo pretio decẽ, vel viginti, vel alia quantitate pretij
talis cõtract⁹ eſſet reuera emptionis, & vẽditionis, nõ feudalis, aut
4 donationis, propter pretiũ interueniẽs. ☞ Maxime autẽ quãdo tale
pretiũ eſſet rei æquiualẽs, aut nõ valde diſpar, vt in nr̃o themate. Vt
declarat. Bal. in. l. ex cõuẽtione. C. de pact. per glo. quã ipſe reputat
ſingu. in. l. 1. §. 1. ff. de ſuperfi. quæ refert, & ſeq. D. Caſti. in. l. 70. Tauri
in verb. vẽdida. in med. & fi. Vbi etiã determinat hãc quæſtio. nr̃am,
& tenet in eiuſmodi ſpecie retractui locum eſſe. Et ſic omnino eſt
affirmandum.

5 ¶ Comprobatur etiã id ipſum ex hoc, quód ☞ ex pacto ſolo redi-
mẽdi cenſum annuum certo pretio, præſumitur illa venditio, non

emphiteoſis eſſe. Ac proinde retractui locum eſſe. Vt notat Couarru.lib.3.reſolu.c.11.in prin.& nu.3.& per totum ferè. Et merito, cũ ex eo reſultet certum pretium ipſius rei, pro quo facta cenſetur venditio. vt ſupra dixi.

6 ¶ Adiuuatur etiam hoc ipſũ ex regu. illa generali, & notanda, quòd verba contractus ſecundum ſubiectam materiam accipiuntur, contra propriam ipſorum ſignificationem. Ad hoc eſt tex. expreſſus, & ſignandus in.l.ſi vno.in prin.ff.loca.vbi verbũ donationis. pro trãſactione ſumitur, quia ita exigebat negotiũ, de quo agebatur, & ita notat glo.ibi in verb.ſed tranſactio. Vbi etiam Bart.& docto.Bart. in.l.1.§.nec caſtrẽſe.ff.de colla.bono.verſi.& ideo.col.6.quem ſequuntur alij, maxime Bal.in auth.ex teſtamento. verſi. duodecimum capitulum.C.de collatio.col.7.Ioan.de Imol.in.l.penu.§.ſeruis ſolu.matri.col.pe.quæ & plura ſimilia refert, & ſequitur. D.de Palaciorru.in.d.repe.Rub.§.7.nu.2.& pluribus ſequentibus. Non mirum igitur, aut nouum cenſeri debet, ſi in propoſito negotio verba emphyteotica ad vẽditionẽ trahantur, & interpretentur. Maxime cum in ipſa ſcriptura emphyteoſis transferatur dominium, tam directũ, quam vtile, & quid quid iuris dominus ipſe habebat in ea re, cum alijs clauſulis inſolitis aponi in contractu emphyteotico, & quæ re uera emptioni, & venditioni optime quadrant.

7 ¶ Quibus non obſtabit, id quod in contrarium opponitur, retractũ ſolum locum habere ꝙ in venditione, non in emphyteoſi, aut alio quouis contractu. Vt notat Tiraquellus. in præfatione de vtroqꝫ retractu.fol.11.nu.6.Montal.in.l.13.verſi. por otra heredad.lib.3. fo.tit.3.Caſtillo.in.l.70.Tauri.& alij. Nam ex ſupra dictis reſultat reſponſio, hunc reuera fuiſſe contractum venditionis, non autem emphyteoſis, ac proinde nil obſtare quo minus hoc caſu retractui locus ſit. Vt ſupra ſatis probatum eſt.

¶ 35.

## ¶ FACTVM.

PEtrus.S.vineam quandam ſuam vendiderat, ipſoq; viuente filia pro eodem pretio volebat eā habere, & retrahere. Emptor autem obijciebat id non habere locum, cum eiuſmodi poſſeſſio ſolummodo patris fuiſſet, non aui, aut maiorum. Ipſe autem in hoc pro dicta filia ſententiā tuli ex his & ſimilibus fundamentis.

contra ayam. ē. uerum. ꝑ. l. copila. l. 15. tit. 11. lib. 5. copilat.

¶SVMMA.

REtractus iure ſanguinis & propinquitatis, ita habet locum, in re, quæ ſolū fuit patris, ſicut in auita, aut maiorum. nu. 1. & 2.

¶Affectio naturalis erga res maiorum eſt cauſa retractus quæ magis militat in rebus paternis, quam auitis, aut maiorum. nu. 3.

¶Patrimonium dicūtur bona, & facultates cuiuſque. Vnde vendēs rem ſuam, dicitur rem patrimonij vendere. nu. 4.

1 REtractus iure ſanguinis & propinquitatis ita locum habere debet in re, quæ ſolū fuit patris, ſicut in re auita, aut maiorum. Idq; probatur manifeſte in. l. 13. tit. 10. lib. 3. fo. ibi. toda coſa de patrimonio, o auolengo. per quam Montal. ibi. in verb. de patrimonio ita te-

net ex ſententia Epiſcopi,quem ibi refert.Idq; videtur expreſſe de ſignare dictum verbum patrimonio.in.d.l.poſitum.quod ad rem patris claré patet eſſe referendum.

2 ¶ Cõfirmatur ſecundo id ipſum ex ſententia docto.Fernã Gomez Ari.in.l.98.Tauri.nu.49.vbi idem tradit,& tenet expreſſé.Et facit argum.illud leuitici.25.c.in medio.ſi attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam,& voluerit propinquus eius,poteſt redimere,quod ille vẽdiderit.Quod denotat verbum, poſſeſſiũculã ſuam.Non enim dicit auitam,aut pro auitam, aut maiorum,ſed ſuã tantummodo. Non igitur erit neceſſarium, vt res illa à tam antiquo principio repetatur.opti.tex.in.l.3.tit.delas vendi.lib.5.ordina.Quòd filius rem patris retrahit.

¶ Quod etiam comprobari poteſt à ratione ipſius legis,& huiuſmo
3 di diſpotitionũ,ea enim eſt potiſſima. Affectio ſcilicet illa naturalis,qua communiter homines ducuntur erga res parentũ, propinquorum,& maiorum ſuorum.Iuxta tex.in.l.ſi in emptionẽ.ff.de mino.vbi notat.Bart.& docto.& in vulgata.l.lex quæ tutores. C.de admi.tuto.vbi Bal.Salice.& omnes.tradunt doctores ſcribentes.in d.l.70.Tauri.& in.d.l.13.tit.10.lib.3.fo.Tiraqllus.de vtroq; retract. in præfa.cum alijs.Quod certe meo iudicio maiorem vim ad huc obtinet in rebus patris,quem filius nouit,apud quem fuit educatus in quibus ipſe natus,& adultus,& pater eius fuit mortuus, vt in dicta.l.lex quæ tutores,quàm in rebus aui,aut maiorum,quos fortaſſis nec niſi nomine tenus cognouit,nec vidit vnquam.

¶ Ex quo mihi non placet diſtinctio illa Doctoris Antonij Gomez in.d.l.70.Tauri.nu.3.vbi tradit in ſupremo auditorio Valliſoleti hanc quæſtionem varijs,& dubijs ſententijs fuiſſe agitatam.Et pro concordia determinat,mortuo patre eo caſu locum habere retractum,non in ipſius vita. Addẽs tunc demum dici patrimonium
4 quando iam pater vita exceſſerit.Nam certe ipſius pace iuxta communem vſum,& normam loquendi, quæ eſt attendenda.in.l.labeo de ſupelecti.lega.cum alijs,etiam in vita patris,ipſius facultates,& bona appellantur patrimonium.in.Auth.ſed cũ teſtator.C.ad leg. falci.ibi.ſed cũ teſtator hoc expreſſim vetuit,nõ ignar9, quis mod9 ſit ſui patrimonij.Vbi Bart.& Paul.nu.3.in.l.peculium ex eo.ff.de

pecu.in duabus eius partib⁹.Ibi.patrimonia ſua quis parauit,& ibi.
idq; velut proprium patrimonium ſeruum ſuum habere quis vult.
&c.in.l.ex facto,§.plane.ff.de pecu.ibi.vt quod ille pro patrimo-
nio habuit,peculium eſſe intelligatur.&c.vbi Paul.nu.2.ita notat
& loquitur.Idem Paul.nu.2.in.l.quis quis.C.de reſcin.vendi.poſt.
Bart.ibi.in prin.& vterq; in.d.Auth.ſed cum teſtator ad leg.falci.
& alij ibi.Ex quo etiam reſultat reſponſio ad dictam.l.13.tit.10.lib.
3.fo.Quæ in hoc videtur cauſa fuiſſe dubitãdi,cum in ea dicatur de-
patrimonio,o auolengo quiſiere vender. Vnde liquido conſtare
videbatur,requiri,vt ſaltem res illa,quæ venditur, eſſet procedens
ab alio,quàm ab ipſo vendente,cum non dicat,quiſiere cõprar, ſed,
quiſiere vender.Nam per proxime dicta de patrimonio, tollitur
claré ea dubitatio.Cum ipſe vendens recte,& proprie dicatur ven
dere rem patrimonij,quando rem ſuam,& ex ſuis bonis, & faculta-
tibus vendit.Vt in noſtro caſu,de quo agimus.Et ſic videtur ceſſare
in hoc omne dubium.

¶36.

## ¶FACTVM.

AD petitionem creditoris hypothecarij facta fuerat
executio in certa quãtitate nummorum,qui debito
ri ſuo debebantur.Similiter & in quibuſdam mer-
cibus ipſius debitoris.Quæ iudicis authoritate, &
ad ipſius creditoris petitionem venditæ fuerant,&
vtraq; ſumma per iudicem iuſſa erat tradi ipſi cre-
ditori.Immó & ipſa quantitas nummorum in executione ſenten-
tiæ creditori tradita fuerat,cautione præſtita,ſi potior creditor exi-
geret,ſe reſtituturũ.Et pecunia ex mercibus redacta per chirogra-
phum ei erat conſtituta ſoluenda.Cõtigit, vt creditor alter prior
tempore,& cum hypotheca generali bonorum opponeret ſe liti.
Et licet iudex inferior pro illo,qui prius egerat pronũciaſſet,in ſu-

premo auditorio Hiſpalenſi, vna atq; altera iudicum ſententia pro illo priori tempore cum hypotheca generali bonorum anteriori, fuit pronunciatum. Me pro ipſo patrocinante his & ſimilibus fundamentis.

## ¶ SVMMA.

1 Creditor prior tempore & hypotheca præfertur ſecundo poſteriori, licet in exigendo prior fuerit. nu. 1.

2 ¶ Bona debitoris tradita ſecundo creditori repetuntur a primo, ſi ea poſſideat, vel dolo deſijt poſſidere. nu. 2.

3 ¶ Adiudicatio bonorum facta ſecundo creditori reuocatur hypothecaria actione quatenus extent. nu. 3.

4 ¶ Creditores hypothecam, & priuilegium prælationis habentes, non ſolum fiſcus, repetunt pecuniam ſolutam alteri creditori, etiamſi ſit conſumpta. nu. 4.

1 SApientiſſimi Iudices. In cauſa illa creditorum vter ſit præferendus in bonis ſui debitoris, adducuntur ſequẽtia pro priori illo tempore, licet in exigendo ſit poſterior. Et primo pro eo eſt tex. expreſſus in. l. ſi fundus. §. in vẽdicatione. ff. de pigno. Quem ad hoc ibi notat Bart. Idem Bart. & docto. in. l. pupill⁹. nu. 1. ff. quæ in frau.

credi. Bal. Salice. & alij. in. l. pecunia. C. de priuil e. fis. Mathæ. de affli. decis. 190. Couarru. c. 29. practi. q. præter regulam illam generalem priorem tempore creditorem potiorem eſſe ſemper in iure.

¶ Nec obſtat adiudicatio iudicis horum bonorum debitoris, facta
2 poſteriori creditori. ☞ Nam regula eſt certa in hac materia priorẽ tempore creditorem hypothecarium, reuocare traditionem bonorum debitoris ſecundo creditori factã, ſiue ea bona poſſideat, ſiue dolo deſierit ea poſſidere. Vt expreſſe diſponitur in. d. l. ſi fundus. §. in vendicatione. de pigno. vbi ita determinat. Bart. Idem Bart. & doctores communiter. in. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi. Mathæ. de affli. dicta deciſi. 190. & Couarru. d. c. 29. practica. q. Bal. Salice. & omnes. in. d. l. pecunia. C. de priui. fis. cum multis alijs ſimilibus. Nedum in noſtro themate, in quo nondum etiam perfecte tradita ſunt creditori poſteriori bona ipſa debitoris, & ad huc extent.

¶ Confirmatur id ipſum ex ſententia Bal. in. l. 1. ff. de diſtra. pigno.
3 verſi. iſta fuit quæſtio. vbi tradit adiudicationem pannorum ſecundo creditori factam per iudicem, reuocari a primo actione hypothecaria, quatenus panni extarent, & condictione ex lege non extantes. Vt per ipſum.

4 ¶ Pro hac etiam parte facit in argumentum, quòd creditores hypothecam, & priuilegium prælationis habentes, repetunt pecuniam alteri creditori ſolutam. Etiamſi conſumpta ſit, ad exemplum fiſci. Vt tradit Paul. & Salice. in. l. pecunia. C. de iu. fis. Bart. poſt Iaco. de Are. in. d. l. pupillus. ff. quæ in fraud. credi. Mathæ. de affli. dicta decis. 190. vbi tradit ita iudicatum Neapoli in prætorio regis. Refert, & ſequitur Couarru. in. d. c. 29. practi. q. Non mirũ igitur ſi creditor pignus & hypothecam anteriorem habens, præferatur in bonis debitoris ſui non conſumptis, ſed extantibus, alioqui nil proficeret prioritas illa temporis, & hypothecæ.

¶37.

## ¶FACTVM.

QVæ mulieres inter ſe exercebant actum venereum, coeuntes inuicem ſimul vna ſuper alia. Quamobrem iudex inferior eaſdem pœnam mortis naturalis condemnauerat. Sed in appellationis gradu, a ſupremis iudicibus cauſarum criminalium Hiſpalenſium pœna illa mortis liberatæ, extraordinem flagellis & exilio ſunt punitæ, pro quibus hæc & ſimilia ipſe adduxeram.

## ¶SVMMA.

NVlla lege inuenitur diſpoſitum, vt pœna mortis inſligatur mulieribus inuicem inter ſe coeuntibus. Immo neque expreſſe id prohibitum reperitur. nu. 1.

¶Coitus mulierum inter ſe, non tam eſt contra naturam, quam maſculorũ inter ſe. nu. 2.

¶Quando ſine inſtrumẽto id fieret inter mulieres, leuior eſt culpa, & pœna nu. 3.

¶Talis exceſſus mulierum ſemper extra ordinem punitur, non pœna ordinaria. nu. 4. Idque generale eſt quando pœna a lege expreſſe pro delicto non ſtatuitur, & nu. 5.

¶Matrimonialis commixtio, ſi ſeruatur vas debitũ, nõ eſt mortale ratione modi, aut ſitus. nu. 6.

REctiſſimi ac ſapientiſſimi iudices. Pro mulie-
ribus inter ſe inuicem coeuntibus adducuntur
1 ſequentia. Primo nulla lege inueniri diſpoſitũ
pœnam mortis infligẽdam pro eo exceſſu. Im-
mó neq; vlla lege diuina, aut humana inueni-
ri id prohibitum, vt notabiliter affirmat Do-
ctor Abulenſis. ſuper Mathæ. q. 215. 216. 217.
quem refert, & ſequitur Grego. Lopez. in ſumma. tit. 21. part. 7. in
verb. omes. Neq; obſtat glo. in. l. fœdiſſimam. C. de adulte. dum al-
legat. l. cum vir. eo. tit. ex quo Salice. ibidem colligit gloſſam innue
re, quòd habeat locum pœna mortis hoc caſu, & Salicetum re-
fert, & ſequitur Ange. de maleſi. in part. q̃ me a adulterato col. 6. ver
ſi. quæro quæ ſit pœna ſtupri. & c. Nam reuera in dicta glo. de pœna
mortis verbum nullum, ſed tantum allegat dictam legem cum vir,
ad hoc quòd etiam talis coitus mulierum inter ſe ſit contra naturam
non tamen ad id, quod ſimili pœna mortis plecti debeat. Vt ex ip-
ſa glo. rectè intuenti conſtare facile poteſt.

¶ Confirmatur id ipſum ex eo, quód prædicti doctores Abulenſis,
2 & Grego. Lopez tradunt, vbi ſupra. ☞ Videlicet eiuſmodi coitũ
non ita eſſe contra naturam, ſicut virorum inter ſe. Nam vir non eſt
aptus ad paſſionem illam, fœmina autem eſt extremum coueniẽs
licet agens non ita. Item impoſſibile eſt fœminas ſe ipſas polluere,
aliud in viris. Vltra id quòd magis repugnatur naturæ, & genera-
tioni, & intentioni gignendi per ſodomiticum virorum, quã per
illum fœminarum coitum. Et plura alia concurrunt, quæ leuiorem
in hoc culpam faciant, quã in illo maſculorum.

¶ Præterea cum ſine inſtrumento aliquo mulieres hæ coierint, leui
3 us eſt multo delictum. Quã ſi interueniſſet inſtrumentum, & præ-
cipuè ſi eo virginitas violaretur. Et tunc etiam eſſet hoc extraordi- Contra Ant. Gom.
narie puniẽdum, non pœna mortis. Vt eximie notat, & tenet Greg. in l. 80. Tau. n. 31
4 Lopez in dicta ſũma. tit. 21. part. 7. ☞ Et quòd indiſtincte pœna ex- et plures adduct.
traordinaria hic exceſſus in omni caſu ſit puniẽdus. Maxime autem per Farin. de de
5 cum pœna ordinaria pro eo nulla ſit lege ſtatuta. Ac propterea ſit lict. carn. q. 148.
ad extraordinariam recurrendum. in. l. 1. ff. de effracto. in. c. de cau- n. 41.
ſis de offi. delega. in. l. 1. de varijs, & extra. crimi. cum multis alijs, vt
per ipſum doctorem. Grego. Lopez. vbi ſupra.

¶Poſtremo facit in argumentum doctrina illa S.Tho.in.4.diſtin.31.quem ſequuntur alij.& eum refert,& ſequitur. Silueſt. in ſum. in verb.debitum coniugale.§.4 vbi alleg.Pet.de Palu.& ali.refert & ſequitur Alfonſus a vera cruce Hiſpanus ſatis eruditus,in Specu.cõ
6 iugio.3.part.arti.16.conclu.4. Vbi tradunt indiſtincte,quòd ſi ſeruetur vas debitum in coitu coniugali, non propterea efficitur mortale peccatum,ſi mutetur modus aut ſitus,vt per ipſos. Ex quo etiam affirmandum videtur in noſtro themate,leuiorem eſſe exceſſum harum fœminarum,quam maſculorum inter ſe,cum vas debitum immutetur in vno,& non in alio. Vltra ea quæ ſupra in hoc dicta ſunt. Vnde etiam non erit eadem pœna infligenda in vtroq;. Vt ſupra dictum eſt.

¶38.

## ¶FACTVM.

Coram iudice cauſarum criminalium accuſabatur falſi B.Tabellio publicus Hiſpalenſis. A qua accuſatione eũ ſemel ſolenniter accuſatores deſtitiſſent,rurſus eam repetebant. Allegantes ſe minores vigintiquinq; annis, quos etiam iudex rurſum admittebat ad accuſandum. A quo idcirco appellatum cum eſſet,id reuocatum fuit,declaratumq; accuſationem illam ſemel omiſſam repeti non poſſe. Me pro ipſo patrocinante his & ſimilibus fundamentis.

## ¶SVMMA.

Accuſatio criminalis ſemel omiſſa non poteſt repeti,etiam a minoribus quamuis non iurauerint.nu.1.

¶Minores per iuramentum efficiuntur maiores,& amittunt beneficium reſtitutionis in integrum.nu.2.

¶Iudex cauſarum criminalium non poteſt de cauſis pecuniarijs vllo modo cognoſcere.nu.3.

¶ Minores actioni renũciantes cũ iuramento, non poſſunt ad eam redire, etiam prætextu cuiuscũque læſionis. nu. 4. & 5.

¶ Iuramentum in renunciatione iuris a minoribus præſtitum, impedit litis ingreſſum. nu. 6.

AMpliſſimi ſapientiſſimiq; iudices, Pro B. G. ſuper accuſatione ſemel omiſſa adduco ſequentia. Et primo tex. expreſſum. in l. auxilium ff. de mino. ibi. auxilium reſtitutionis integrum in executionibꝰ pœnarum paratum non eſt, ideoq; iudicium ſemel omiſſum repeti non poteſt. &c. vbi Bart. Alberi. Bal. & Doctores communiter ita notant, & tenent communiter.
1 Quòd ad accuſationem criminalem ſemel relictam rediri non poſſit vlla ratione. Idq; etiamſi tales minores ſine iuramẽto ab ea accuſatione deſtitiſſent, vt ex ipſo tex. clare liquet, nedum hoc caſu, quo tam ſolenniter dicti minores cum iuramento deſtiterunt, pro-
2 miſeruntq; amplius eam non repetituros. Quo caſu per tale iuramentum effecti ſunt maiores, & amiſerunt beneficium reſtitutionis in integrum, ſiquando eis competiſſet. Vt notatur communiter per omnes in Auth. ſacramenta puberum. & c. cum contingat. & in pluribus alijs. Vltra id, quòd nec reſtitutionem in integrum contra id poſtulant, ſed tantum ad accuſandum ſe velle redire aſſerunt.

¶ Nec obſtat ſi opponatur tex. in dicta. l. auxilium de mino. intelligendum, videri de accuſatione criminali, quæ ad vindictam competit, non de ciuili, & pecuniaria actione, quæ ad intereſſe poteſt competere. Nam ex hoc ipſo intentio
3 noſtra manifeſtius fundatur. Cum iudex ipſe cauſarum criminalium, apud quem rurſus volunt cauſam renouare, non

poſſit de cauſis ciuilibus, & pecuniarijs cognoſcere vllo modo. in. l. ſolemus. §. la trũculator. ff. de iudi. vbi Bart. & omnes ita notant & tenent cõmuniter. Innocen. Abb. & omnes. in. c. cum oporteat. de accuſa. cum ſimili. Vnde nulla ratione apud dictum iudicem id cõſequi debent.

¶ Comprobantur prædicta etiam ex eo, quòd nec actio ciuilis, aut pecuniaria illis competat hoc themate. Cum expreſſe etiam cum iu-
4 ramento ab ea, & omni iure deſtiterint. ☞ Vnde ad id redire rurſus non poſſunt, etiam prætextu cuiuscumq; læſionis etiam enormiſſimæ, vt diſponitur clare. in. l. 34. tit. 14. part. 5. ibi. quanto quier que montaſſe aquella parte que quitaſſe el demandador, no la podria deſpues demandar. &c. Notat Bal. Salice. & omnes. vbi Iaſo. nu. 1. in. l. fratris. C. de tranſactio. cum alijs ſimili.

5 ¶ Confirmatur etiam ex. l. 6. tit. 19. part. 6. ibi. y juraſſe que la vendida, o el pleyto, o la poſtura que fazian, no la deſataria por razon de la menor hedad. &c. Et in. l. 16. tit. 11. part. 3. ibi. e iuraſſe que no vernia contra ella, ca deſpues no la podria deſatar, maguer moſtraſſe que era fecha a daño, o menoſcabo. &c. Et vtrobiq; notat, & tenet Grego. Lopez.

6 ¶ Præterea iuramentum in dicto contractu poſitum ☞ impedit dictis minoribus ingreſſum litis, notant doctores communiter. in. c. cum contingat. de iure iu. vbi Abb. verſi. nonus caſus. Bal. Salice. & omnes. in. d. auth. ſacramenta puberum. Grego. Lopez. in dicta l. 6. tit. 19. part. 6. & in. d. l. 16. tit. 11. part. 3. Vnde liquido conſtat, nec ciuiliter poſſe agere ſupra dictos, nedum criminaliter. Vt dictum eſt.

¶ 39.

¶ FACTVM.

QVidam, cui virilia fuerãt abſciſſa, ac icçirco coire non poterat, matrimonium cum vna contraxerat,& ea viuente rurſus cũ alia. Accuſabatur de bigamia, & quòd pœna duaš ſimul vxores habentis, eſſet damnandus. Quẽ defendebam his & ſimilibus fundamẽtis, & tandẽ pœna arbitraria propter hoc delictũ fuit condemnatus,non autem ordinaria.

## ¶SVMMA.

IMpotens ad coeundum nõ poteſt contrahere matrimonium,& ſi contrahat eſt nullum. nu,1.

¶Contrahens matrimonium cum duabus,non incidit in pœnam bigamiæ quando vtrumque matrimonium fuit inualidum propter impotentiam. nu,2.

¶Pœnæ contra bigamos, non ſolum introductæſunt propter contemptũ ecclæſiæ,& ſacramenti,ſedetiã propter damna,& incommoda, quæ inde ſequuntur.nu. 3.

¶Bigamia quantum ad ſacros ordines quomodo inducitur.nu.4.

SApientiſſimi Iudices. In accuſatione illius, qui, cũ
impotẽs eſſet ad coeundum, bis tamen cõtraxit ma
trimonium vtraq; vxore viuente, præmitto illud
certum, & expeditum principium iuris canonici.
1 Impotentem ad coeundum non poſſe contrahere
matrimonium, & ſi cõtrahat, eſſe nullum, nulliuſq;
effectus, & momenti. in. c. quod ſedem. in. c. ex litteris. i. in. c. fraterni
tatis. de frigi. & malefi. Ibiq; notant Abb. & doctores communiter.
Cum igitur vtrumq; matrimonium huius, de quo agimus, fuerit nu
llum, merito erit affirmandum, neq; ſemel contraxiſſe, nedum bis.
Ac proinde in pœnam bigamiæ nullo modo incurriſſe.

¶ Non obſtat tex. in. l. eum qui duas. C de adult. Vbi non tam inſpi
ciendum eſſe effectum, quam animi diſtinationem, traditur. Nam
aperte tex. ibi diſponit, intelligendum id eſſe, in eo, qui duas ſimul
2 habuit vxores, hic autem nullam habuit, quæ vere vxor dici poſſet,
vt dixi in proximo fundamento. Vnde etiam reſultat reſponſio ad
opinionem doctoris Antonij Gomez. in. l. 81. Tauri. nu. 27. aſſeren
tis pœnas illas bigamiæ habere locum, etiamſi ſecundum, vel tertiũ
matrimonium eſſet nullum. Cum nõ tractet de hac noſtra quæſtio
ne, quãdo nullum ex talibus coniugijs fuiſſet validum, neq; ipſum
primum. Vt in hoc themate.

3 ¶ Confirmatur id ipſum ſubtili conſideratione. Nam pœnæ illæ
bigamiæ non ſolum introductæ ſunt à iure propter contemptum
ecclæſiæ, & ſacramenti huius matrimonialis, ſed etiam propter dam
na quæ inde ſeqũtur ipſis vxoribus, & earum filijs, & propinquis,
& alijs. Vt elegãter diſponitur. in. l. 16. tit. 17. part. 7. ibi. y porque de
tales caſamientos nacen muchos deſeruicios a dios, & daños, & me
noſcabos, & deſhonras grandes, a aquellos que reciben tal engaño,
cuydando caſar bien & lealmente, ſegun manda ſancta ygleſia, y
caſan con tales, con quien biuen deſpues en peccado en quanto cuy
dan, y eſtan aſſoſſegados en ſus caſamientos, & han ſus fijos de conſu
no. &c. Et infra. & fincan por eſta razon muchas mugeres eſcarneci
das & deſhonradas, & mal andantes para ſiempre. &c. Que damna
& incommoda maxima ex parte ceſſant, hoc & ſimili thæmate. Igi
tur ceſſare debent illæ iuris, & legum acerbitates.

4 ¶ Non oberit etiam tex. in c. nuper. de bigamis. Vbi clærerici contrahentes ſecundas nuptias, licet inualidas, bigamiæ notam incurrunt. Nam ex ipſo tex. patet clare reſponſio. ibi. licet in veritate bigami non exiſtant. Non enim proprie bigamus dicitur, qui ſecundum matrimonium inualidum contrahit, & multo minus qui tam primum, quam ſecundum. Vt in hoc caſu de quo agimus. Probatur etiam in eodem tex. ibi. tamquam cum bigamis non liceat diſpenſari. iuncta glo. ibi in verb. tamquam. Nam non eſt expreſſiuum veritatis, ſed ſimilitudinis. iuxta. glo. & docto. ibi. Præter id, quód in perſonis ecclæſiaſticis maior nota inffligitur. Vnde etiam ſtrictius eſt agendum, & diſponendum, vt ex quocumq; matrimonio etiam nullo bigamus iudicetur. Vltra illud quòd in. d. c. nuper non fuerit primum etiam matrimonium nullum, vt hic.

¶ 40.

## ¶ FACTVM.

ALfonſus. M. cum emiſſet ſeruum centum quinquaginta aureis, agebat contra vẽditorem, quòd ſtatim poſt ſex dies ab emptione, è domo ſua fugiſſet, nec amplius inuentus fuiſſet. Nec tamen probare potuit fugitiuum antea in poteſtate venditoris fuiſſe. Et demum cum eſſem iudex, pro dicto Alſonſo. M. pronunciaui, his & ſimilibus fundamentis motus.

## ¶ SVMMA.

EX breuitate fugæ, præſumitur ſeruus fugitiuus in poteſtate venditoris, & cõpetit redhibitio. nu. 1.

¶Ex breuitate mortis præſumitur animal venditũ antea fuiſſe morboſum, & competit redhibitoria, nu. 2.

¶Propter cõnexitatem & vicinitatem actuum, cenſentur vnicus actus, non plures, nu. 3.

1 EX breuitate fugæ præſumitur ſeruus antea fugitiuus. Notat Cin. in. l. fina. C. de ædili. actio. Quem refert & ſequitur. Bal. ibi. col. 3. verſi. item faciũt ad mercatores Allegat bonum tex. ad id. in. l. ſi ventri. §. fina. de priui leg. credi. ibi. ſi modo non poſt aliquod interuallum id factum ſit. &c. Et demum tenent redhibitioni eo caſu locum fore. Sic igitur dicẽdum eſt in hac. q. cum ſtatim poſt ſex dies aufugerit ſeruus poſt emptionem, neq; inuentus ſit.

2 ¶Confirmatur id ipſum ex eo. quòd idem affirmamus in cæleri morte animalis venditi, vt præſumatur ex antecedẽti morbo, & infirmitate mori. Notat idem Cyn. & Bal. in. d. l. fina. C. de ædili. actio. per glo. in verb. depulſa. in. l. 1. C. de emenda. ſeruo. Idem tenet Abb. ſingu. in. c. iniuſtum. nu. 5. de rer. permuta. Ioan. Andr. ad Specu. tit. de empt. & vẽdi. §. ſciendum. verſi. ſed nota, probatur in tex. & glo. ibi in verb. poſt octo menſes. de clæri. percuſſo. vbi Abb. & docto. ita notant, & tenent communiter. Et quód eo caſu competat redhibitoria animalis, vt per ipſos doctores latè. Idem igitur affirmandum erit in hac quæſtione de ſeruo, de quo agimus.

¶Quod etiam optime comprobatur, ex regula illa vera & generali, quòd propter actuum vicinitatem, & proximitatem, duo actus cenſentur vnicus tãtum, & pro vno habentur & iudicatur tex. eſt ad id. in. l. lecta. ff. ſi cer. pet. a. in. c. officij de electi. in. l. cum anti-

quitas.C.de teſta.in.l.hæredes.palàm.§.vno contextu.ff.de teſta.in quibus locis per docto.communiter latèq; de hoc. Notant docto. vbi Iaſo.nu.14.in.d.l.lecta.ff.ſi cer.peta.cum multis alijs simili. Vnde idem iudicandum eſt hoc caſu propter connexitatem & propinquitatem fugæ huius ſerui cum venditione ipſius.

¶41.

## ¶FACTVM.

G.L. Cum deberet cuidam certam nummorum ſummam, eidem ceſſionem fecerat, & procuratorem in rem ſuam conſtituerat eum, vt ex bonis ſuis eam ſummam exigere, & conſequi poſſet cū generali omniū bonorum hypotheca. Accidit deinde, vt creditor huiuſmodi partem illius debiti reciperet, à debitore quodam ipſius debitoris, qui ſponte ſua ſine aliquo iuſſu iudicis id ſoluerat. Cum autem dictus. G.L. debitorem ſuum non rectè ſoluiſſe contenderet, ipſe pro debitore pronunciaui cum eſſem iudex, viceḿq; Aſſiſtentis iudicis Hiſpali gererem, his & ſimilibus fundamentis motus.

## ¶SVMMA.

SOluendo creditori creditoris liberor, nu. 1.

¶Etiamſi creditor ratam ſolutionem non habeat, recte ſoluitur creditori creditoris, nu. 2.

¶Procurator ad exigendū datus etiam a ſponte ſol-

uente recte accipit, & ſine iu li-
cis authoritate bene ei ſoluitur, & melius procuratori in rem ſuam. nu.3.

¶Creditor creditoris, ſi confiteatur ſolutionem, liberat debitorem, etiamſi non conſtet de numeratione pecuniæ. nu.4.

PRimo ad id moueor per tex.meo iudicio expreſſe
hoc diſponentem.in.l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pig-
no.actio.quem pro notabili ibidem Bart. & docto.
1 notant. ¶ Vbi liberor ſoluendo creditori tuo, quod ti
bi debebam. Quod maxime procedit, quãdo creditor
cui ſoluitur, habet obligationem omnium bonorum ſui debitoris,
vt hoc caſu. Nã ex conſecuenti habet etiam obligatum nomen ip-
ſum debitoris. Ita notat eximie Bart.in.d.l.ſolutum.§.ſolutam.nu.
2.de pigno.actio.

¶Confirmatur id ipſum per tex.etiam expreſſum ad hoc.in.l.ſi o-
pera.ff.de dol.excep.ibi, idem eſt ſi creditori eius numeratam pecu
niam creditor ratam non habuerit. Vbi Bart. inſigniter notat.
2 Quando bona mea, vel nomen meum erant obligata creditori cre
ditoris, rectè ſolui creditori mei creditoris, etiam ipſo meo credito
re inuito, & nolente. Cum igitur in hoc themate omnia bona debi-
toris creditori eius eſſent obligata. Certum eſt, & illud etiam no-
men in illa obligatione includi, vltra id quòd procurator in rem
ſuam ad id fuerat talis creditor conſtitutus. Vnde ex omni parte ſo-
lutio rectè facta cenſenda eſt.

¶Quibus non obſtat id, quod in contrarium opponitur, ſponte eã
3 ſolutionem factam fuiſſe, ſine iudicis iuſſu, aut authoritate. ¶ Cum
procurator datus ad exigendum poſſit à volente, & ſponte ſoluen-
te ſolutionem recipere, & ex conſequenti eidem rectè ſoluatur, ſine
iudicis authoritate. Notat Bart. ſingu.in.l.hoc iure.ff.de ſolu. Bal.

in.l.falſus.C.de furt.col.2.Idem Bal.in.l.2.C.quib.res iudi.non.no. Ange.in.l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pigno.actio.Alexan.in.l.nõ ſolum.col.1.&.2.ff.ſolu.matri.Alcia.in.l.verbum exacte.de verb.ſigni.cum alijs ſimili.Præter id,quòd procurator in rem ſuam hic, de quo agimus,fuit conſtitutus,cui tamquam domino legitime ſolui potuit.in.l.procuratore.ff.de procu.in.l.3.C.de noua. cum multis ſimilibus.

¶ Neq́; etiam obſtabit, quód non appareat numerationem pecuniæ factam fuiſſe eiuſmodi creditori creditoris,ſed tantum confitea
4 tur ſe eam recœpiſſe.☞ Nam liberatio à debito contingit,ſiue pecunia ſit ſoluta re ipſa, ſiue aliter voluntate ipſius creditoris.in.l.ſi rẽ. §.omnis pecunia.ff.de pigno.acti.vbi notat Bart & docto. Cum igitur hic aperte profiteatur creditor ſibi ſatiſfactum, id ſufficere affirmandum eſt ſine dubio aliquo.

¶ 42.

¶ FACTVM.

Augustinus de.C.cum proſpectum haberet ex ædibus ſuis in hortum & cœnobium monachorum Hiſpali, id q; ſupremorum iudicum Granatenſis auditorij ſententijs, quærebatur quòd ex parte monachorum ipſius monaſterij paries altius tolleretur, vnde proſpectus ille auferabatur. Qui contra defendebant, ſibi altius tollere parietem licere. In quo tãdem pro dicto Auguſtino de. C. pronunciaui, cũ vicẽ Aſſiſtentis iudicis ſeu præfecti vrbis Hiſpali gererẽ, his & ſimilib⁹ adductus. Quæ ſentẽtia per ſupremos ipſos iudices Hiſpalenſes confirmata fuit, cum prius in vna, & altera aula negotium varijs ſententijs eſſet agitatum.

¶ SVMMA.

QVi debet ſeruitutem ne proſpectui officiatur, nihil facere poteſt per quod officiat ad liberum, & gratiorem proſpectum. nu. 1.

¶ Idem de eo, qui debet ſeruitutem proſpiciendi ſeu proſpectus. nu. 2.

¶ Paries iudicatur proprius ex immiſſione tignorum, & ædificiorum. nu. 3.

¶ In pariete alieno ædificare nemo poteſt. nu. 4.

¶ Supra alienum ædificium, ſuperius habere nemo poteſt. nu. 5.

¶ Nec in re comuni poteſt inuito ſocio ædificari. nu. 6.

1 PRimo conſtat hanc eſſe ſeruitutem ne proſpectui officeretur, vt ex iudicum ſententijs clariſſime patet. Atqui hanc ſeruitutem debet, nihil facere poteſt, per quod officiat ad liberum & gratiorem proſpectum tex. eſt expreſſus ad hoc. in. l. inter ſeruitutes. in prin. de ſerui. vrba. præd. vbi glo. & docto. Notat Cepo. c. 32. in prin. de ſerui. vrba. præd. cum ſimilibus. Non poteſt igitur ex parte monaſterij altius tolli. Vnde non ſolum libertas, & gratia proſpectus, ſed in totum ipſe proſpectus aufertur.

¶ Item certum eſt, quòd vltra illam ſeruitutem, ne proſpectui officiatur, hoc caſu competit etiam ſeruitus proſpiciēdi ſeu proſpect9.

2 Qui autem eam habet nihil pati cogitur, quod noceat ad liberum & gratiorem proſpectum. Azo. in ſum. de ſerui. §. ſunt autẽ Cepol. c. 34. in prin. vrba. præd. Non licebit igitur hoc caſu parietem tollere altius, ex quo proſpectus ipſe omnino ſublatus remaneret, non tamtum libertas & gratia ipſius.

¶ Confirmatur ad huc id ipſum ex eo, quod probatũ eſt, etiam per aliquot teſtes dicti monaſterij, parietem illum proprium & peculiarem eſſe dicti Auguſtini de. C. non communem cum dicto monaſterio. Quod etiam euidenter patet intuenti tigna, & ædificia dicti Auguſtini ſuper ipſo pariete immiſſa, & impoſita & ex quibus
3 iudicatur paries proprius, non communis. Notat Cepol. c. 40. de pariete. de ſerui. vrba. præd. vbi plura per ipſum. verſi. ſecundo principaliter eſt videndum. Diſponitur etiam expreſſe in ordinatione
4 Hiſpalenſi. tit. de los alarifes. c. 30. & in pariete autem alieno ædificare nemini licet. in. l. altius. C. de ſerui. vbi. glo. & docto. communiter. Vbi tex. in pariete vero tuo, ſi feneſtram feciſſe cõuincatur, ſumtibꝰ ſuis reficere, & integrum parietem reſtituere compellitur. &c. Ex quo etiam conuincitur manifeſte, neq; in hoc pariete aliquid poſſe ædificari ex parte ipſius monaſterij, nedum proſpectui officere.

¶ Comprobatur etiam ex tex. in. l. hoc quod dictum eſt. de ſerui. vrba. præd. ibi. ſupra alienũ ædifficiũ ſuperius habere, nemo poteſt.
5 Per quem ita notat Cepo. in. d. c. 40. de pariete ſeu muro. col. 2. verſi. dictum eſt hactenus. Vnde ſupra ædificia dicti Auguſtini de. C. in dicto pariete ædificari nullo iure poterit.

6 ¶ Præterea alia etiam ratione idipſum conuinci poterit. Nẽpe & cũ nec etiam in re communi inuito ſocio poſſit ædificari. tex. eſt in. l. in re communi. de ſerui. vrba. præd. in. l. Sabinus. ff. commu. diui. & vtrobiq; Bart. & docto. ita notant & tenent. Multo igitur minus in hoc pariete proprio & peculiari ædificare licebit.

¶ 43.

## ¶ FACTVM.

DOmina Lodouica de C.cũ eſſet ſucceſſor maioratus, qui à proauo fuerat conſtitutus, agebat contra duos detentatores duarum poſſeſſionum eiuſdem maioratus. Qui ſe defendebant, tam poſſeſſione plurium, quam triginta annorum. Vnde præſcriptione legitima eam excludebãt. Quam titulo contractus emphyteotici ſeu cenſus perpetui, ab ipſius dominæ Lodouicæ auo, celebrati. Quo vnus ex ipſis ſe tutari conabatur. Illa autem negabat bona maioratus vlla ratione alienari, aut præſcribi potuiſſe. Et demum pro ipſa pronunciaui, cum vicem Aſſiſtentis ſeu præfecti vrbis Hiſpali gererem, his & ſimilibus motus.

## ¶ SVMMA.

ALienatione bonorum prohibita, & præſcriptio eorum prohibetur, & idem in bonis maioratus. nu. 1. & 2.

¶ Expreſſa prohibitio alienationis reddit ipſam alienationem nullam. nu. 3. Idẽ in maioratu, & quod impediat tranſlationem dominij.

¶ Fideicommiſſum cenſetur transferri ſtatim in ſucceſſorem per alienationem bonorum, idem in maioratu, nu. 4.

¶Bona maioratus alienari non poſſunt, etiam conſenſu ſucceſſorum. nu. 5.

ET primo per regulam illam veram & communiter approbatam. glo. in. verb. nihil prodeſt infi. in. l. vbi lex. ff. de vſucap. quam ibi ſequitur Bart. nu. 1. glo. in. l. alienationis verb. de verb. ſigni. & in. l. vni. C. ſi aduer.
1 vſuca. Quòd prohibita alienatione bonorũ etiã præſcriptio prohibita cenſetur. Immó pro ea opinione eſt tex. expreſſus in. l. 2. C. de vſuca. pro empto. & in. d. l. alienationis verbum. de verb. ſigni. vbi. tex. alienationis verbum etiam vſucapionem continet. vix enim eſt, vt non videatur alienare, qui patitur vſu capi. & c. Cum igitur bona huius maioratus, de quo agimus, expreſſe ſint alienari prohibita quocunq; titulo, aut ratione. Neceſſario dicendũ eſt præſcriptionem in eis nullo modo locum habere.

2 ¶Confirmatur hoc ipſum ex ſententia Abb. in. c. cum non liceat. nu. 9. de præſ. & Vbi idem tenet indiſtincte, quòd prohibita alienatione, etiam præſcriptio prohibetur. Et hanc opinionem tamquam veriorem, & magis communem tenet Iaſo. poſt Alexan. & ali. in. l. filius familias. §. diui. de lega. 1. vbi Iaſo. nu. 114. in. 1. lectu. & nu. 152. in. 2. lectu. Cum igitur in huiuſmodi bonis maioratus tot modis prohibita ſit alienatiò, nulla præſcriptione titulo aut cauſa poterunt alienari.

¶Nec; oberit alienatio illius poſſeſſionis facta ab auo ipſius per contractum emphyteoticum. Nam talis alienatio fuit nulla
3 nullius; momenti, & effectus. & Cum expreſſa prohibitio alienationis, reddat alienationem ipſo iure nullã, & impediat trãſlationem dominij. in. l. cum pater. §. libertis. in. glo. 1. vbi Bart. & docto. de lega. 2. in. l. ſeruo legato. in prin. de lega. 1. in. l. filius familias. §. diui. de lega. 1. vbi. Paul. Bart. Alexand. & Iaſo. nu. 40. in. 1. lectu. cum multis ſimilibus. Nil igitur iuris potuit

tribuere contractus ille cenſualis ab ipſius auo ſic factus, nec domi
nium aut ius aliquod in accipientem tranſtulit.

4 ¶Comprobatur id ipſum ea conſideratione, ſcilicet ꝙ quia ei, cu-
ius contemplatione alienatio prohibetur, videtur & cenſetur re-
linqui fideicommiſſum, in caſu alienationis. Probatur expreſſe in
d.l.fili⁹familias.§.diui.de lega.1.in.l.vnum ex familia.§.quod ſi ta-
lia.&.l.peto.§.fratre.&.l.cum pater.§.libertis de lega.2. notat Bart.
& omnes.in.d.§.diui.vbi Iaſo.nu.87. Potius igitur iudicandum eſt
per talem contractum alienationis, in ſequentem in gradu tranſla-
tam poſſeſſionem eius rei fuiſſe ſtatim, quam in eum in cuius fauo-
rem contractus fuit celebratus. Vltra id quòd in ipſa conſtitutione
expreſſè diſponitur, vt alienatio nulla ſit, vireſq́ omnino non obti
neat, & continuo in ipſum ſucceſſorem talia bona transferantur ſi-
ne aliqua apprehenſione corporali. &c.

¶Nec prædictis obſtat, quòd Bart.in.d.l.filiusfamilias.§.diui.de-
lega.1.q.12.videatur tenere, quód præſcriptio locum habeat in bo-
nis alienarí prohibitis. Nam contrarium affirmauit ipſemet Bart.
in.d.l.vbi lex.ff.de vſucap.vt ſupra allegaui. Vltra id, quòd contra
Bart.ipſum tenet Ange.in.l.1.C.de præſcri.long.tépo.Imol.in.d.
l.filiusfamilias.§.diui.& Iaſo.nu.114.in.1.&.152.in.2.lectu.& alij.
Præterea ratio in qua Bart.fundabat opinionem illam.in.d.§.di-
ui.ea erat. Quia res, quæ poteſt alienari aliqua ſolennitate interue-
niente, illa poteſt præſcribi, bona autem prohibita alienari, conſen
ſu eorum, in quorum fauorem ſit prohibitio, alienari poſſunt. Nam
5 vt demus regulam illam eſſe veram indiſtincte, ꝙ in bonis maio-
ratus ea conſideratio militare non poteſt, cum perpetuo ſit prohi-
bita alienatio eorum. Ac proinde conſenſus omnium ſucceſſorum
in eis haberi non poſſit ad alienationem ipſorum, & quamuis vnus
aut duo conſenſum ad id præſtarent, cæteris poſtea naſcituris non
poſſet in hoc damnum irrogari.

¶ 44.

## ¶ FACTVM.

PEtrus Pontius cum domum cõduxiſſet ad certos annos, & eis elapſis pro penſione cum eo executiue ageretur, opponebat ſe in ea conductione vltra dimidiam iuſti pretij deceptum, petebatq; contractus reſciſionem, & læſionis emendationem. Contra negabatur, id locum habere, maxime autem elapſo iá tempore conductionis. Cum domino non liceret deliberare iuxta.l.2.C.de reſcin.vendi.an vellet á contractu diſcedere, aut domum iuſto pretio conductori relinquere. Et tandem ſupremorum iudicum Hiſpalẽſium ſententia emendatio læſionis In pretio facta eſt. Me pro ipſo conductore patrocinante his & ſimilibus. Cum tamen prius varijs ſuffragijs res in dubium per ipſos iudices verſa eſſet.

## ¶ SVMMA.

AD emendationem læſionis in pretio, competit non ſolũ remedium .l.2. C. de reſcin.vendi. Sed etiam aliud nu.1.

¶ Vt iniquitas in pretio euitetur, & res in debito ſtatu reponatur, competũt plura remedia. nu.2.

¶ Etiam ſi pretium eſſet ſolutum competit reſtitutio in læſione ipſius pretij. nu. 3.

¶ Reſtitutio læſionis in pretio, fit ad exemplum redhibitoriæ, nu. 4. & 5.

¶ Reſtitutio propter læſionem in pretio eſt potentior, quam ea quæ conceditur minori. nu. 6.

¶ Reſtitutio fructuum fit in læſione occaſione pretij omnimoda. nu. 7.

AMpliſſimi obſeruandiſſimiq; iudices. In cauſa conductionis ædium, & læſionis in pretio, adduco pri
1 mo. ¶ Quòd ad emẽdationem doli, & læſionis in pretio competit, non ſolum remedium. l. 2. C. de reſcin. vendi. ſed etiam. l. ſi quis cum aliter. de ver. obli. & l. 6. tit. 16. part. 7. quãdo dolus & læſio ineſt re ipſa. Vt in hoc themate probatum eſt, & ita notant, & tenẽt Bart. & docto. communiter. in. d. l. ſi quis cum aliter de verb. ob. vbi Iaſo. nu. 12. cum ſequen. & alij. Cum igitur hic petamus reſciſionem cõtractus, & emendationem doli læſioniſq; optimo iure concedenda erit.

¶ Confirmatur id ipſum ex doctrina notabili Bal. in. l. 2. C. de reſcin. vendi. col. 2. in med. quem ſequitur Salice. ibi col. 2. in med.
2 Vbi tradunt plura remedia cõpetere ad hoc, vt iniquitas euitetur, & res in debito ſtatu reponatur. Vt puta cõdictio incerti, vel actio in factum & ſimilia. Nam iura non permittunt graues læſiones, vt per ipſos, & Bart. & docto. in. d. l. ſi quis cũ aliter de verb. ob. Abb. & docto. in. c. cum contingat de iure iu. cum ſimili.

3 ¶Quod etiam locum habet,non ſolum quando precium non eſt ſo
lutum,vt hic,ſed etiā poſt pretij numeratione͂.Nā quādo dolꝰ & de
ceptio in ipa re vel pretio emēdatur,fit integra reſtitutio dāni & in
cōmodi,& res reducitur ad ſtatū primæuū,in quo læſio cōtigit.Idqꝫ
denotat manifeſte verbū reſcindere.Notat Iaſo.poſt alios.in.§.rur
ſꝰ de actio.nu.8.dicēs,remedium reſcindēs ponit rē in ſtatu, in quo
erat,quando læſio contigit.Quod etiam voluit Bal.in.d.l.2. de reſ-
4 cin.vendi.col.2.in fi.verſi.tertij dicunt. Vbi tradit hoc remedium
reſcindendi læſionem in pretio dari ad exemplum actionis redhi-
bitoriæ.Idem Salice.ibidem.col.2.verſi.Sed in noſtro caſu veniūt
fructus.&c.

¶Comprobatur id ipſum ex tex.in.l.facta.ff.de ædili.ædi.cuius ver
ba ſunt.☞ Facta redhibitione omnia in integrum reſtituuntur, ac
5 ſi neqꝫ emptio,neqꝫ venditio interceſſiſſet. Similis tex. in. l. cum
autem.§.Iulianus.eo.tit.ibi.emptorem ac vēditorem quodāmodo
in integrū reſtitui debere.&c.Vbi glo.in.verb.reſtituere.☞ Quòd
hæc ſit potentior reſtitutio,quam ea quæ minoribus cōceditur. Cū
9 in hac ſolum reſtituantur minori fructus percœpti,in quantum per-
cipiens factus eſt locupletior.in.l.patri.§.1.ff.de mino.cum ſimili.
Sed in illa ☞ reddibitoria fit omnimoda reſtitutio fructuum. in. l.
7 quòd ſi nolit.§.quod in procuratore.ff.de ædili.ædi.in.l.cum autē.
§.cum redhibetur.eo.tit.ibi.ſi quid ad eum peruenit,vel culpa eius
non peruenit,nec ſolum ſi ipſe fructus percepit,mercedeſue à ſeruo
&c.& paulo.inf.ſed & ſi à quouis alio poſſeſſore fructus accepit,re
ſtitur e eos debebit.Sed & ſi quid fructuum nomine conſecutus eſt.
&c. Cum igitur reſciſio huius læſionis in pretio, & reſtitutio fiat
ad normam & exemplum redhibitoriæ actionis, vt dixi in præce-
denti capitulo,neceſſario fatendum eſt omnimodam eſſe faciendā
reſtitutionem.Etiamſi pretium,in quo læſio contigit,eſſet iam ſolu
tum, nedum ante ſolutionem ipſius. Vt in hoc themate de quo
agimus.

¶ 45.

## ¶FACTVM.

DEcanus eclæſiæ cuiuſdam cathædralis in teſtamento iuſſerat, vt ex bonis ſuis amicus mille aureos ſumeret, & ex illis diſponeret, vt inter ipſos erat actum, tractatum q̀ꝫ, ad exonerationem conſciẽtiæ. Quo mortuo, amicus ille morti propinquus in codicillis iubet illa mille dari cuidam mulieri ex bonis ipſius decani, reſeruata ſibi facultate, ſi ex illa infirmitate conualeſceret, mutãdi pro arbitrio dictam declaratione͂. Petebat igitur mulier dicta mille, contra opponebatur, eam Decani ipſius concubinam fuiſſe. Ac proinde capere illa non poſſe. Et tandem pro ea pronunciatum fuit, me aduocato ipſius, his & ſimilibus fundamentis.

## ¶SVMMA.

CLæricus poteſt legatum relinquere concubinæ, quæ iam honeſte viuebat, & emendata erat. nu. 1. &. 2.

¶Mater meretrix, ſi ſit ad meliorem vitam redacta, poteſt filiã ob meretriciũ exhæredare. nu. 3.

¶Filia, quæ peccauit in corpus ſuum, ſi pœniteat, non poteſt priuari dote, & alimentis. nu. 4. Idem de filio ingrato.

ET primo patet manifeſte mulierem hanc, magis legatum hoc capere ex diſpoſitione & voluntate huius amici, quā ab ipſo Decano. Idq; conſtat euidenter, cū in teſtamēto ipſius Decani de ea verbum nullum inueniatur, nec amicus ille fateatur, illi mulieri fuiſſe relictum, ſed tantum declaret, velle ſe, vt ipſi illa mille numerētur. Vnde potius dicendum eſt eam capere ex manu huius, quā ipſius Decani. Ac proinde ceſſare rationem prohibitionis, iux. l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulga. ibi quaſi a pupillo capiat. &c.

¶Præterea quamuis ab ipſius manu Decani id fateremur relictū, capere ad huc illa optime poſſet. Etiamſi probaretur aliquando eius fuiſſe concubinam. Neq; obeſſet, id, quod Bart. notat poſt Richar. mal. quem ipſe allegat. in. l. miles. ita. §. mulier. nu. 4. de mili. teſta.
1 idem. in. l. miles de re iudi. in prin. cum ſimi. ☞ Quòd concubinæ clæricus non poſſit legatum relinquere. Nam expreſſe Bart. ibidē pro nobis facit, dum dicit, clæricū, qui retinet concubinam, eſſe intelligendum. Quod in noſtro themate locum non habet. Cum Decanus ille non retineret illam in concubinam. Immo iam à multis annis nullam cum ea habuerit conſuetudinem.

¶Confirmatur id ipſum ex glo. in. d. l. miles. ita. §. mulier. in verb. cadere poteſt. de teſta. mili. quam approbant docto. communiter ibi.
2 Vbi illud limitat ſi tempore mortis talis concubina iam erat bonæ famæ, & ſine ſuſpicione illius concubinatus. Vt in noſtro caſu.

3 ¶Comprobatur hoc ipſum á ſimili. ☞ Nam licet mater meretrix non poſſet filiam propter meretricium exhæredare, fallit id ipſum, quando talis mater iam eſſet emendata, & ad meliorem & honeſtiorem vitam redacta. Ita notant Bar. Bal. Fulgo. Et alij vbi Ia-
4 ſo. nu. 5. in. l. in arenam. C. de inoffi. teſtamē. ☞ Idem de filia, quæ peccauit in corpus ſuum, ſi pœnitentiam agat. Et de filio, qui cauſam ingratitudinis contra patrem commiſerat, propter quam poſſet exhæredari, ſi poſtea pœnitentia ducatur. Vt notant docto. communiter in. d. l. in arenam. de innoffi. teſta. Vbi Iaſo. nu. 6. & 7. cum ſimilibus Ex quo idem dicendum videtur in noſtro themate.

¶ 4 9.

¶46.

## ¶ FACTVM.

ANtonius.P.cum habuiſſet diu cum Anna.R.cõſuetudinem,ab ipſa ſuper matrimonio impetebatur.Allegabatq;,non ſolum carnalem copulam inter eos ſæpiſſime interueniſſe, ſed etiam aſſertionem vtriuſq; de cõiugio.Cumq; iudex pro ipſa pronunciaſſet, ipſe in appellationis gradu contra eam ſententiam tuli,cum eſſem iudicis delegati aſſeſſor.Quæ ſententia tandem confirmata, & executioni tradita fuit.

## ¶ SVMMA.

LIcet vir & fœmina diutiſſime ſimul habitauerint, & coierint, matrimonium non præſumitur. nu.1.

¶Aſſertio vtriuſque ſe eſſe coniuges,non inducit matrimonium,niſi etiã probentur verba expreſſa cõſenſũ denotantia. nu.2.

¶Ad matrimonium requiruntur verba conſueta de præſenti, vel de futuro cũ copula,nu.3.

¶Conſenſus & verba requiruntur ad matrimo.cõſenſus pro ſubſtantia, verba pro forma.nu.4.

¶ Licet conſenſu contrahatur matri. verba ſunt neceſſaria ad probationem ipſius. nu. 5.

1 Licet vir & fœmina ſæpiſſime coierint, & diutiſſime etiam habitauerint ſimul, non propterea inducitur, nec præſumitur inter ipſos matrimonium. in. c. illud de præſumptio. vbi glo. Abb. & docto. communiter cum multis ſimilibus. Idem dicendum eſt in hoc themate. Quòd matrimonium inter hos præſumendum non ſit, ex ſola cohabitatione & copula.

2 ¶ Non obſtat id, qoud teſtes deponũt, de aſſertione vtriuſq; ſe eſſe coniuges. Nam hoc minime ſufficere certum eſt. Cum ad matrimonium requirantur vltra cõſenſum, verba etiam expreſſa, eaq; de præſenti, conſuetaq;. Vt puta accipio te in meam, & accipio te in meum. Vt expreſſe diſponitur in. c. licet. de ſponſ. duo. cuius verba ſunt. Quód vnus alterum mutuo conſenſu verbis cõſuetis expreſſe recipiat. Vtroq; dicente. Ego accipio te in meam, & ego accipio te in meum. &c. Vbi Abb. nu. 2. verba, inquit, in loqui valentibus ſunt neceſſaria. Cum igitur inter hos nec conſenſus, nec verba probentur, non eſt cur matrimoniũ inter eos affirmemus interceſſiſſe. Maxime autem cum aſſertio illa vtriuſq; tantum probetur in hoſpitio facta, cum hoſpes nollet eos in hoſpitiũ recipere, propter ſuſpicionem concubinatus, & vterq; aſſerueritſe eſſe coniuges, vt reciperentur.

¶ Confirmatur id ipſum. ex tex. etiã ad id expreſſo. in. c. ſi inter virum. de ſponſa. ibi. ita quód vnus alterum mutuo conſenſu verbis conſuetis, expreſſo recipiat, vtroq; dicente. Ego te in meã accipio & ego te in meum, vel alia verba conſenſum exprimentia de præ-
3 ſenti. Vbi Abb. nu. 4. quòd verba de præſenti debent exprimere conſenſum ad matrimonium. Non ſufficient igitur verba illa aſſertionis, niſi probentur verba conſueta conſenſum denotantia interueniſſe, de præſenti, aut de futuro ſecuta copula, vt in. c. is qui fidem de ſponſa. cum ſimilibus. Neutrum vero hic interceſſit.

¶Quod ad huc etiam comprobatur aperte in. c. tua nos de ſponſa.
4 infi. vbi ꝙ diſponitur duo requiri neceſſario ad matrimonium. Al-
terum eſt ſubſtantia, quæ conſiſtit in conſenſu, alterum vero forma,
quæ ſunt verba illa conſueta. Vbi glo. in verb. forma, not, quód ad
eſſe matrimonij duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ſubſtantia, & forma, ſi
cut ad eſſe hominis. Subſtantia eſt conſenſus, & pro forma verba ad
exprimendum conſenſum deputata. Vbi. Abb. nu. fina. in. ſi. forma
matrimonij ſunt verba. &c. Cum igitur nec conſenſus, nec verba il
la neceſſaria hic interuenerint, nulla ratione nititur matrimoniũ.

¶Pro qua parte ſimiliter optime facit doctrina illa Abb. in. c. tuæ
5 fraternitati de ſponſa. nu. 1. ꝙ Quód licet conſenſu contrahatur ma-
trimonium, verba tamen ſunt neceſſaria ad probationem ipſius.
At hic neq; conſenſus, neq; verba probantur. Vnde nullo funda-
mento nititur petentis intentio.

## ¶47.

## ¶FACTVM.

PEtrus. M. vxorem per verba de præſenti duxerat, cõ-
pula deinde ſæpius cum ea ſecuta. Poſt contractum
autem ſic matrimonium, certior factus eſt, eam concu
binam ſacerdotis fuiſſe proximè, & tres filios ex eo
peperiſſe & habere. Non autem eſſe ſacerdotis illius
ſororem, vt ipſi falſo affirmatum fuerat, antequam cum ea contrahe
ret. Aſſerebat deinde in dote, & bonis vxoris ſe enormiſſimé circũ
uentum. Cumq; me ſuper eo facto cõſuleret, viſum eſt mihi primo
poſſe ab ea reſilire, maturiore deinde conſilio reſpondi non poſſe.

## ¶SVMMA.

SI putauit ſe cõſen
tire in vnam, &
conſenſit in aliam
deficit conſenſus,
& matrimonium. nu. 1.

¶ Subſtãtia matrimonij eſt conſenſus. nu. 2.

¶ De ratione, & integritate matrimonij eſt fidelitas inter coniuges. nu. 3.

¶ Matrimonium cum plena libertate, & ſecuritate contrahitur, nu. 4.

¶ Dolus talis & tantus, qui excluderet conſenſum, inualidat matrimonium nu. 5.

¶ Paria ſunt dolus & metus ad reſciſionem actus, nu. 6.

¶ Si conſenſit in meretricem, quam putabat eſſe caſtam, valet matrimoniũ. nu. 7. Vbi idem de paupere, quam putabat eſſe diuitem.

AD hanc quæſtionem, primo videtur mihi tex. ex-
preſſus in huius fauorem. in. c. tua nos de ſponſa,
cuius verba ſunt. Quòd ſi ita ſe res habet, quòd ille
non propoſuit eam ducere in vxorem, neq; vn-
quam conſenſit in prædictam perſonam, non de-
bet, ex illo facto coniugium iudicari. Cum in eo
nec ſubſtantia coniugalis contractus valeat inueniri. Et defuit om
nino conſenſus, ſine quo cœtera fœdus nequeunt perficere coniuga
1 le. &c. ¶ Vnde cũ liquido conſtet hunc in ſororem ſacerdotis, non
in concubinam eius conſenſiſſe, optima ratione affirmandum erit
in hanc conſenſum non præſtitiſſe. Ac proinde matrimonium non
2 interceſſiſſe inter hos deficiente ſubſtantia ipſius. ¶ Quæ eſt conſen
ſus. Vt diſponitur in. d. c. tua nos. Vbi glo. in verb. nec forma. Et ibi
Abb. nu. fina. & alij omnes ita tenent, & notant cõmuniter. &. in. c.

ſi inter virum.eo.tit.de ſponſa.& in.c.licet de ſponſ.duo.ibi. vnus
alterum mutuo conſenſu.&c.Vbi Abb.& docto.communiter.cū
ſimilibus.

¶Confirmatur hoc ipſum, quia inter alia ad integritatem,& ra-
3 tionem matrimonij requiſita,ſine quibus eſſe non poteſt,☞ requiri
tur neceſſario fides illa,& fidelitas,quā inter ſe coniuges mutuo de-
bent. Scilicet ne coniunx cum alia,vel cum alio commiſceatur.Ita
3 dominium non transferatur, vt dictum eſt ¶ præſumitur autem fu-
gã præcõcœpiſſe debitorem, ex eo quòd breuiter poſt mercium ta
lium emptionem aufugit, quod in hoc themate etiam interuenit.
Ita notat & tenet notabiliter Ioan. Fab. in. d. §. venditæ de re diui.
Refert, & ſequitur Alexan. in. d. §. fina. Solu matri. col. fina. verſi. nec
obſtat, eſt q; cõmunis traditio, & opinio doctorum, vbi ſupra, præ-
cipue Ange. per bonum tex. quem ad id allegat. in. l. ſi ventri. §. fina
ff. de priuile. credi. ibi. ſi modo non poſt aliquod interuallum id ac
cidiſſet.

¶ Nec obſtabit, quòd dominus talium mercium videri poſſit, fidẽ
4 habuiſſe de ¶ pretio ſibi ſoluendo per debitorem, eo quòd mer-
ces

ces ei tradiderit, vt volunt glo. Bal. & alij in. d. l. ſi quaſi. ff. de pig-
5 no. actio. ☞ Nam ex tam breui fuga, & alijs præſumitur dolum etiã precedẽtẽ dediſſe cauſam habendi talẽ fidẽ de pretio. Maxime autẽ cũ ſperaſſet, ſe ſtatim recepturũ illud pretiũ. Et ita debitor affirmaſſet, qua ſpe fiduciaq; merces ei etiã tradidiſſe certũ eſt. Ita in his terminis notat inſigniter Ioan. Fab. in. d. §. venditæ. de re. diui. refert, & ſequitur Alexan. in. d. §. fina. l. ſi cum dotem. ſolu. matri. col. fina. verſi. nec obſtat. poſt alios docto. ibi.

¶62.

## ¶FACTVM.

CVm mulier accuſaretur, quòd viuẽte primo marito, cũ ſecundo contraxiſſet, defendebat ſe teſtibus, deponentibus ſe vidiſſe mortuum primum illum maritum in longinquis partibus. Vbi etiam fama publica diceretur illum, eius mulieris fuiſſe maritum. Qui tamen reuera viuebat, pro qua hæc ipſe allegaueram, & demũ mulieri ignoſcendum per ſupremos iudices Hiſpalenſes fuit decretum.

## ¶SVMMA.

VNus teſtis de morte prioris viri ſufficit, vt ſecundo mulier poſſit nubere. nu. 1.

¶Dux belli ad idem ſufficit. nu. 2.

¶In rebus non magni præiudicij minor probõ ſufficit. nu. 3.

¶Fama mortis ſufficit primi mariti. nu. 4.

¶Quælibet cauſa & credulitas excuſat a pena. nu. 5.

SApientiſſimi Iudi. Pro muliere illa, quæ accuſatur ſecundo nupiſſe, viuente primo marito, hæc adducuntur. Primum eam bona fide ſic contraxiſſe, cum de morte primi illius viri certior facta eſſet, illis teſtibus ſic deponentibus. Quod certe ad id ſufficiebat, iuxta tex. notabilem & ad hoc meo iudicio expreſſum. in. c. in præſentia. de ſponſal. ibi. donec certum nunciũ recipiant de morte virorum. &c. Idem diſponit tex. in. c. dominus de ſecun. nupt. Vbi Abb. & doctores communiter. Idem Abb. &
1 omnes. in. d. c. in preſentia vbi ipſe nu. 6. ☞ Tradit notabiliter vnũ tantum teſtem hoc caſu ſufficere de morte prioris viri. Quod probari affirmat ex dicto tex. c. in preſentia de ſponſa. ibi certum nunciũ &c. Quod etiam eſt ex mente aliorum docto. ibi.

¶Præterea idem meo iudicio diſponitur, & probatur expreſſe in Auth. hodie. C. de repu. ibi. eum, ſub quo militabat, adiens interrogauerit, ſi pro veritate mortuus eſt, vt apud geſta deponatur cum iure iurando, ſi mortuus ſit. &c. Vbi clare deducitur, ☞ ſufficere du
2 cem belli in teſtimonium, ad hoc, vt mulier de morte viri certior eſſe dicatur, & ſecundo poſſit nubere. Pro quo etiã militat optime Bart. doctrina. in. l. tabularum. §. ſi dubitetur. ff. quem ad. teſta. ape.
3 nu. 1. Quòd ☞ licet in rebus maximi præiudicij requiratur probatio euidentior, vt in homicidio & ſimilibus, non ſic tamen in alijs nõ tanti præiudicij, vt in cauſa famæ, vel ſtatus, vt noſtra hac, de qua exemplum ponit, & tradit in ea ſufficere probationem, de qua dictum eſt. in. d. Auth. hodie. C. de repu. Idẽ Bart. Bal. Sali. & omnes in. l. ſiquidem. C. ſolu. matri. cum ſimi. &c.

¶Confirmantur etiam prædicta ex ſententia Anto. in. d. c. in præ
4 ſentia de ſponſali. ☞ Vbi affirmat, eo caſu ſufficere famam mortis, quando ex longinquo id probandum venit. Quam opinionem Abb. nu. 6. ibidem dicit eſſe æquam ſatis. Facit optime quod tradit Hipoli. de quæſtio. in. l. de minore. §. plurium. nu. 86. vbi allegat Specu. Bart. Alexan. idem tenentes, quòd mors ſufficienter per famam probetur. Multo igitur melius prædictis teſtibus mortem primi illius mariti probari hoc themate affirmandum erit. ☞ Præter id quód quælibet credulitas, etiam irrationalis excuſat, vt in. l. igitur. ff. de libe. cauſ. notat Bart. & omnes. in. l. de quibus. ff. de legi.

Iaſo. in l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſſe. Vnde ex minori etiã probatione hæc mulier a pœna erit excuſanda.

¶63.

## ¶FACTVM.

CVm gener vellet conductorem domo expellere, ille affirmabat ipſum ad obſeruationem locationis a ſocero factæ teneri, etiã ſi ædes poſtea ſibi in dotem traditæ eſſent In quo ita iudicaui, cũ eſſem iudex in prouincia Legionenſi ordinis Sancti Iacobi.

## ¶SVMMA.

SVcceſſor ſingularis tenetur obſeruare locationem, quando bona locatoris fuerunt obligata, aut ſaltem res ipſa. nu. 1.

¶Dos eſt titulus vniuerſalis, & ſuccedens ex eo, tenetur ad obſeruationem locationis nu. 2

¶Licet offerendo intereſſe, & præſtando illud, ſatiſfiat eo caſu, poteſt tamen res ipſa retineri, donec illud intereſſe ſoluatur. nu. 3. & 4.

1 MOueor primo ad ſic dicendũ ex doctrina illa veriſſima, & cõmuniter approbata per doctores vbiq; locorum qui tradunt, etiam ꝙ ſingularem ſucceſſorem teneri ad obſeruandum contractum locationis, quando pro obſeruatione ipſius eſſent obligata bona locatoris, aut ſaltem res ipſa cõducta. Cũ habeatur tum tẽporis ius in re. Hypothæca enim eſt ius vtile in re. in l. eos. C. de pigno. in §. item ſeruiana de actio. cum

ſimilibus. Et ita decidunt & determinant Bart. in. l. ſi filio familias. ꝯ. ſi vir in quinquennium. ſolu. matri. poſt glo. ibi. quem ſequuntur ibi alij communiter, ſimiliter Alexan. ibi. col. 2. verſi. per hoc etiam dicebat. Idem Bal. & alij. in. l. emptorem. C. loca. vbi Ange. & alij Abb. in. c. fina. ne præla. vi. ſu. Bart. & docto. vbi Iaſo. Alexan. & omnes. in. l. diuortio. ſolu. matri. Paul de Caſt. in. l. qui fundum. ff. loca. Bal. in. l. 1. C. de fru. & li. expen. verſi. ſed pone maritus. Idem Bal. in. l. ſi merces. ꝯ. 1. ff. loca. Raph. cuma, & cæteri. in. d. l. ſi filio familias. ꝯ. ſi vir in quinquennium ſolu. matri. cum in ſi. ſimili. Cum igitur bona locatoris fuerint hoc caſu generaliter obligata pro obſeruatione contractus, idem in hoc erit affirmandum ſine dubio.

¶ Præterea ex alio etiam fundamẽto poteſt idipſum comprobari.
2 Nempe hunc ſucceſſiſſe titulo dotis in ædibus ſic locatis. ☞ Dos autem eſt titulus vniuerſalis. in. l. ſi rem, & pretium. ff. de peti. heredi. in. l. ſi eum ſeruum. vbi. Bart. & alij. ff. ſi cer. pe. Idem Bart. & docto. communiter in. Rub. ſolu. ma. & ſic videtur poſſe defendi, hunc vniuerſalem, non ſingularem eſſe ſucceſſorẽ. Ac proinde in diſtincte teneri ad obſeruantiam talis conductionis. vt in. d. l. emptorem C. loca. vbi. Bal. & omnes. Bart. Alexan. & alij omnes. in. d. l. diuortio in prin. & in. d. l. ſi filio familias. ꝯ. ſi vir in quinquennium. ſolu. ma. cum ſimilibus.

¶ Neq; ſatiſfacit offerendo intereſſe eiuſmodi conductori. Nam li-
3 cet ☞ verum ſit, quòd offerendo illud intereſſe & præſtando, ſingularis ſucceſſor liberetur ab eiuſmodi obſeruatione locationis, & ſic ſatiſfiat iuri ſupradicto talis hypothecæ. in. l. Paulus. aliter incipit ſempronius. ꝯ. pignoris. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. in. l. cum ſeruus. ff. de diſtra. pigno. Tenet Roma. & Paul de Caſt. in. d. l. ſi filio familias. ꝯ. ſi vir in quinquẽnium. ſolu. ma. & ibi Alexan. col. 2. verſi. prædictis tamen adde. Salice. in. d. l. emptorem. C. loca. & in. l. man
4 cipia. C. de reb. ali. non alie. Sentit Bart. in. d. l. emptorem. C. loca. & in. l. vectigalia. ad fi. ff. de publica. cũ multis ſimi. ☞ Tamẽ cõductor ipſe poteſt retinere rẽ locatam, donec ſibi vere, & re ipſa ſoluatur illud intereſſe. Et ita notat & tenet Alexã. in. d. ꝯ. ſi vir in quinquẽnium. col. 2. verſi. ex quorum verbis colligitur. vbi tradit id eſſe ex mente & ſententia prædictorum, vbi ſupraproxime allegaui idem Neuuzantius. de pigno. 1. memb. 2. part. nu. 6.

¶64.

## ¶FACTVM.

CVm ageretur redhibitoria, venditor petē bat operas ſerui, quas emptor medio tempore percœperat. Et iudicaui ſibi reſtitui oportere deductis expenſis ab emptore in ſeruo factis. Cū eſſem iudex in prouincia Legionenſi ordinis Sancti Iacobi, hiſce & ſimilibus motus.

## ¶SVMMA.

FRuctus, operæ, & acceſſiones reſtituuntur in redhibitoria. nu.1.

¶Non ſolum fructus ante iudicium, ſed & poſt acceptum reſtituuntur. nu.2.

¶In redhibitoria res ad priſtinum ſtatum reducitur, ac ſi nunquam venditio intercēſiſſet, nu.3.

1 PRimo ad ſic ſtatuendū eſt tex. expreſſus. in. l. cū autē. §. cū redhibetur. ff. de. ædi. æd. & in. l. quod ſi nolit. §. fi. co. tit. cū multis ſimili. Et ita notant Bart. & docto. cōmu. ibi, & in pluribus alijs locis. Vbi in hæc verba diſponitur. Nec ſolum ſi ipſe fructus percœpit, mercedeſué a ſeruo. &c. Et ita per hæc, & ſimilia notat, & tenet glo. in. c. illo vos. de pigno. Ioan. Andr. & alij ibi cōmuniter. Vbi Abb. nu. 6 & ſic dicēdū eſt in hoc, & ſtatuēdū. Quod etiam habet locū, quādo

res vel ſeruus factus eſt emptoris,& dominium in eum fuit tranſlatum.Notat ſignanter glo.in d.l.cum autem.§. cum redhibetur. in verb.vel culpa.ibi licet res ſit ſua interim.&c.

2 ¶Hoc ipſum etiam ampliatur ¶ ad fructus,& acceſſiones non ſolum ante,ſed & poſt acceptum iudicium,accedentes.tex.eſt ad id expreſſus.in.l.ædiles.§.item ſciendum.de ædili.ædi.ibi.cæterum ſi poſt iudicium acceptum.&c.Notat Abb.poſt Ioan.Andr.& ali.in d.c.illo vos.nu.6.de pigno. addens, cum ea reſolutio venditionis fiat ex volũtate ipſi⁹ emptoris,merito reſtituere debere quid quid ad eum peruenit.Pro quo etiam ipſe ſoleo cõſiderare tex.in.d.l.cũ autem.§.in hac actione.eo.tit.de ædi.ædi.ibi.emptorem ac vẽditorem quodãmodo in integrum reſtitui opportere.&c. Similis tex. in.l.facta.eo.tit.de ædi.ædi.dixi aliquid de hoc ipſo ſupra allegatione.43.nu.4.cum ſeq.¶ Vnde conſtat rem hoc caſu ad priſtinum
3 ſtatum omnino reduci,ac ſi nunquam ea venditio ſerui,& ſimiliũ, interceſſiſſet.

¶65.

## ¶FACTVM.

ARtifex quidam faciendis pugionibus celebris, querebatur quód alius inſignia ſua aſſumeret, & in pugionibus apponeret.Conſultus ſuper eo, reſpondi prohiberi poſſe, ne inſignibus illis alienis vteretur,per hæc.

## ¶SVMMA.

PVblico conſenſu & cõmuni iure gẽtium inductũ eſt vt nomina,& inſignia liceat aſſumere,vnde alijs nõ licet ea præcipere,nn. 1. & 2.

¶Si aliter fieret cõfuſio, & turbatio in rep.ſequeretur.nu.3.

¶Publica vtilitas in eo vertitur, ideo iudex ex officio poteſt in eo procedere. nu.4.

1 PRimo id, fundari poteſt ex eo, quòd publico conſenſu, & quodam veluti iure gẽtium introductum videmus, vt homines ſibi aſſumere poſſint nomina, & inſignia, quibus ipſi ſuaq; ab alijs ſeparentur, & dignoſcãtur. in. l. ad recognoſcendos. C. de ingenu. manu. ibi
2 publico conſenſu. &c. Et ita ibi notat Bal. Salice. & alij. ☞ Vnde alteri non licebit nomina illa ſaltem gentilicia, & inſignia generis, vel artificij, & ſimilia ſibi aſſumere. Ad quod videtur tex. expreſſ9 & notandus. in. c. dilecta de exceſſi. præla. Vbi Abb. nu. 3. & 4. id egregie tractauit. Et demum concludit non licere artifici, alterius artificis inſignijs vti, quem ibi ſequuntur alij communiter. Notat Anto. in. c. ad noſtram. de appella. circa fi. & additio ad Abb. vbi ſupra
3 plura allegans. Idem igitur in nr̃o caſu erit affirmandũ. ☞ Alioqui maxima in republica cõfuſio, & turbatio induceretur. Secundum Abb. vbi ſupra, & alios, & conſtat euidenter recte conſideranti.

4 ¶Confirmatur etiã id ipſum. ☞ Nã non ſolum in hoc vertitur priuata, & particularis huius artificis vtilitas, ſed etiam publica & cõmunis totius reip. Vnde etiam neceſſario colligitur iudicẽ ex ſuo ipſius officio id poſſe prohibere. Ita notat, & tenet eleganter Bart. de inſign. & arm. nu. 6. 7. & 8. et per totũ feré. Quia ex hoc inquit populus lederetur, & acciperetur opus vnius pro opere alterius. &c. Vnde nulla in hoc dubitatio interuenire poteſt. Facit tex. in. l. minimæ. C. de epiſco. audi. & ſimilia, per Bart allegata, vbi ſup. Eſt tex. in. l. 1. C. de his qui potentio nomi. vbi notant doctores communiter. & in auth de manda. princi. §. penu. cum alijs.

¶66.

¶FACTVM.

CVm iudex ordinarius cognoſceret de cauſa fratrum ſuorum, qui ſecum in eadem domo habitabant, & id a parte aduerſa opponeretur. Iudicaui in ea procedere non poſſe, hiſce, & ſimilibus fundamentis.

## ¶ SVMMA.

IVdex ordinarius in cauſa fratrũ non poteſt procedere. nu. 1. Secus in delegato, nu. 3.

¶ Fratres dicuntur eſſe ex familia. nu. 2.

¶ Si a parte non opponatur valet proceſſus, & ſententia. nu. 4.

¶ Iudex ordinarius in eiuſmodi cauſis in totum eximitur a iuriſditione, nec eſt locus nominationi ſocij, nu. 5.

PRimo ad hoc eſt tex. expreſſus in. l. 1. C. ne quis in ſu. cau. vbi notat Bal. Salice. & omnes cõmmuniter. Clarior etiã tex. apud nos. in. l. 9. tit. 4. part. 3. ibi. contra el padre, o el hijo del juzgador, o contra alguno de ſu compaña que biua con el cotidianamente. &c. Et ita notat ibi Mõtal. & Grego. Lopez. Bart. & doctores cõmuniter in. l. qui iurisditioni. ff. de iuriſd. om. iudi. &
1 in. l. in priuatis. ff. de iudi. vbi etiam id ipſum diſponitur. ¶ Cauſa
autem horũ fratrũ ſua ipſius iudicis, & ſuorũ merito dici poteſt. Ma
2 xime cũ ipſi ſint eius domeſtici, & minores vigintiquinq; ãnis, qui
etiã dicuntur eſſe ex familia. Iuxta tex. in. l. pronũciatio. §. familiæ de verb. ſigni. & glo. Crego. Lopez. in. d. l. partitæ. in verb. cõpaña, vbi extendit, vſq; ad decimũ gradũ cognationis, ſecũdũ Bart. & docto. in. d. l. qui iuriſditioni. glo. in. c. cõſanguinei. 3. q. 5. & idẽ ad huc

dic eremus, ſi ipſi ſeorſum habitarent. in. l. 2. C. de teſti. in. c. cauſam quæ de teſti. cum multis ſimilibus. in. l. lex Cornelia. de iniu.

¶ Nec obſtabit tex. in. d. l. in priuatis. ff. de iudi. vbi videbatur per-
3 mitti contrarium. ☞ Nam illud in iudice delegato, hoc in ordinario, vt communiter notant, & tenent Bart. Paul. Alexan. Iaſo. & omnes. in. d. l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſd. om. iudi. poſt glo. ibi. eſt etiã tex. expreſſus ad hãc differentiam in. d. l. 9. tit. 4. part. 3. vbi aliud in delegato expreſſe diſponitur, quã in ordinario, & ibi ita notat, & tenet Montal. & Grego. Lopez ibidem. Bart. & doctores in. d. l. in
4 priuatis. ff. de iudi. ☞ Præterea aliud quando á parte opponitur talis defectus iuriſditionis, vt hoc caſu. Nam ſi á parte id non allegaretur, proceſſus, & ſententia valeret. Notat glo. & doctores communiter. in. d. l. in priuatis. Bart. Paul. Soci. Vbi Iaſo. nu. 6. & omnes cõmuniter. in. d. l. qui iuriſditioni de iuriſd. om. iudi. cum multis ſimilibus. Notat Montal. & Grego. Lopez. in. d. l. 9. tit. 4. part. 3. vbi allegatur Anto. & alij idem tenentes. in. c. cæterum de iudi.

5 ¶ Quod ad huc etiam eſt ampliandum, & extendendum, vt ☞ in totum iudex in eiuſmodi cauſis ſuis, ſuorumq́ nullo modo habeat iuriſditionem, neq́ locus ſit nominare ſocium acompañando vulgo dictum, vt in alijs recuſationibus iure huius regni licet. Moueor per ſupradicta. Et tex. ad id expreſſum meo iudicio. in. d. l. 9. tit. 4. part. 3. ibi. non lo deue oyr. & ibi. deuelo fazer ſaber al rey, para que mande que algun hombre bueno oya aquel pleyto, & que lo libre. &c. Nullo igitur pacto iudex in eiuſmodi cauſis procedere poteſt. Cum alius debeat de eis cognoſcere, & eas definire.

¶ 67.

¶ FACTVM.

# Informacionũ, Deciſionum &

CHriſtoforus. G. aduocatus cum fundum eccleſiæ colẽdum pro toto tempore vitæ ſuæ, & vxoris cõduxiſſet & executiue contra eum ageretur pro pẽſione frumẽti vnius anni, in oppoſitione allegabat remiſſionem ſibi penſionis propter ſterilitatem faciendã. Pro quo ipſe pronunciaui, cum eſſem iudicis ordinarij aſſeſſor. Per hæc & ſimilia motus.

¶ SVMMA.

COlono ad longum tempus fit remiſſio propter ſterilitatem, idem in locatione ad vitam. nu. 1.

¶ Emphyteotæ non fit remiſſio, quia in eum transfertur dominium, & res eius commodo, & periculo cedit. nu. 2.

¶ Emphyteotæ non fit remiſſio, quia non preſtat canonem conſideratione fructuum, ſed in recognitionem dominij. nu. 3. & 5.

¶ Sterilia tantum, & inutilia propriedabantur in emphyteoſin, vt meliora efficerentur. nu. 4.

¶ Emphyteotæ fit remiſſio propter bellum, innundationem, incendium, & ſimilia, quando penſionem ſolueret ratione, & conſideratione fructuum, ſecus ſi ſolum in recognitionem dominij. nu. 6.

PRimo moueor authoritate inſignis illius ſubti
liſſimiꝗ docto. Bal. qui in. l. 1. C. de iu. emphy.
1 q. 2. ita docet, & tenet, ſcilicet colono ad lon-
gum tempus ob ſterilitatem faciendam eſſe re
miſſionem penſionis. Idem tenet. Bal. in. 2. le-
ctu. d. l. 1. C. de iu. emphy. q. 2. col. penu. tenet Ia
ſo. in. d. l. 1. nu. 88. vbi eleganter id proſequitur.
Idẽ tradit Alexan. conſi. 28. nu. 4. vol. 4. Pet. de Anca. & Imol. in. c.
potuit de loca. Ange. in. §. quia vero leonis. in auth. de nõ ali. Gre-
go. Lop. in. l. 22. tit. 8. part. 5. in verb. arrẽdada. cum ſimilibus. Vnde
certũ eſt remiſſionem hoc caſu præſtandam, propter ſterilitatem.

¶Confirmatur id ipſum viua, vt aiunt acutiſſimaꝗ ratione. Nam
2 cauſa, ☞ quare emphyteotæ non fit ea talis remiſſio, eſt potiſſima,
quia in eum transfertur dominiũ ſaltem vtile, vnde perpetuo apud
ipſum remanet. Et ſic periculo eius, & commodo ſtat, aut cadit em
phyteoſis, creſcit, aut decreſcit, reddit fructus, aut non reddit. Quod
aliter multo in colono, etiam ad longiſſimum tempus vſuuenit.
Qui, licet ius illud quale quale in re habeat, non tamen dominium
eius obtinet, & ſic habetur ratio fructuũ, quos ex ea percipit, ad il-
lam remiſſionem faciendam. Quam conſiderationẽ ipſe certe facie
bam, antequam viderem. Bal. ipſum, qui omnia ferè ſubtiliter perſ-
crutatur. Et ita conſiderauit, licet non tam aperte. in. d. l. 1. C. de iu.
emphy. q. 2. col. penu. dum dicit, dominium vtile perpetuo apud
emphyteotam ipſum duraturum, & ideo ſpem habere melioratio-
nis, & augmenti. &c. Non ſic in colono, vt dictum eſt.

¶Quod ad huc cõprobatur alia etiã, & nõ minus ſubtili cõſideratio
3 ne. ☞ Nẽpe quia emphyteota cõmuni ordine, & vſu emphyteoſis,
nõ præſtat pẽſionẽ ratione fructuũ ex ea percipiẽdorũ, ſed poti⁹ in
4 recognitionẽ dominij. Cũ ſoleãt cõmuniter dari in ẽphyteoſin ſte
rilia tãtũ, & ferè inutilia, vt meliora efficiantur. Vnde & nomẽ ip-
ſum emphyteoſis, id eſt melioratio, vt docet Calepinus in dictiona
rio. in verb. emphyteoſis. Cornu cop. & alij latini, & græci ſcripto-
res. Et hoc eſt quod idem Bal. non tam aperte tradit. in. d. l. 1. in. pri
ma lectu. C. de iu. emphy. 4. oppo. & in. d. 2. quæſt. dicens, non fieri
emphyteotæ remiſſionem, quia non recipit cum fructibus finitio-
nem, aliàs functionem, ſed præſtatur penſio in ſignum cuiuſdam re

cognitionis,& eſt quid modicum,vt patet per conſuetudinem ge-
neralem,& ideo ſi iſtud modicum non ſoluitur,res incidit in com-
miſſum tempore ſterilitatis,ſicut tempore vbertatis.Ita Bal. vnde
nulla habetur ratio ad penſionis ſolutionem fructuum, aut eiuſmo
5 di ſterilitatis,& ſic nulla facienda eo caſu remiſſio. ☞ Secus in colo
no etiam diuturno,qui ratione fructuum,quos ſperat colligere,cõ
ducit rem. Vnde omnino fructuum habenda ſemper erit ratio, &
conſideratio,ad eam remiſſionem concedendam.Quòd etiam ele-
ganter tradit Iaſo.in.d.l.a nu.81.cum ſeq.vbi plura adducit per plu
res coll.ad hanc rationem fundandam.

¶Quod ad huc etiam conuincitur ex ſubtili alia & eleganti conſi-
6 deratione,& opinione doctorum cõmuni. ☞ Nempe emphyteo-
tæ etiam ipſi fieri remiſſionem penſionis,quando,& ipſe canonem
& penſionem ſolueret occaſione, & ratione fructuum, non tantũ
in recognitionem illius dominij,vt quando propter bellum, aut
inundationem,aut incendium,& ſimilia non licet re emphyteoti-
ca perfrui.Ita tenet Bal.vnice.in.d.l.1.C.de iu.emphy.in.2. lectu.
q.2.col.penu.pro quo allegat tex.optimum in.l.forma.ff.de cẽſi. §.
illam.ibi.illam enim æquitatem debet admitere cenſitor, quare ſi
agri portio chaſmate perierit,debebit per cenſitorem releuari.&c.
Eandem opinionem demum tenet Iaſo.in.d.l.1.C.de iu. emphy. a
nu.81.vſq; ad nu.99.& ſeq.per plures columnas eam prius in du-
bium vertens.Et ita concludens ex ſententia alberi.Guido.de Su-
za.Ioan.Andr.in additio.ad Specu. & aliorum, & ita conſuluiſſe
tradit collegium Mediolanenſe,& alia ſimilia in huius confirma-
tionem.Idem tenet Abb.in.c.potuit.de loca.poſt glo.ibi.nu.16.&
nu. 18. dicens, hanc eſſe communem opinionem Legiſtarum.
Quòd ſi emphyteoſis non poteſt coli propter bella,& incurſus ho-
ſtium,aut propter innundationem fiat remiſſio penſionis,quando
talis emphyteoſis penſio ſolueretur,non ſolum in recognitionem
dominij,ſed etiam ſpe fructuũ futurorũ,nam cenſetur ineſſe tunc
tacita conditio,ſi fructus naſcãtur.Maiori igitur cũ ratione colono
etiam longi temporis ea facienda erit remiſſio,vt ſupra dictũ eſt.

¶68.

## ¶FACTVM.

CVm quidam amiſſione omnium bonorum eſſet mulctatus, poſt eam ſententiam, & appellationem ab ea interpoſitã, hæres a filio ſuo inſtitutus multa bona de nuo acquiſiuit. Quæſitum fuit a me, an bona illa filij ſuccesſione quæſita venirent. Reſpondi minime includi, perſequentia.

## ¶SVMMA.

PVblicatis omnibus bonis ad hue poteſt ſuccedere in al ijs ſic damnatus. nu. 1.

¶Publicatio, & confiſcatio omnium bonorum non trahitur ad futura. nu. 2.

¶Si in capaci relinquetur fiſcus non capit, ſed venientes ab inteſtato. nu. 3. Maxime quando palam, non occulte ſic relinquitur, & nu. 4.

¶Futura non ſpectant ad iudicis cognitionem. nu. 5

1 MOueor primo per tex. expreſſ. ad id in. l. certa forma. de iu. fiſci. lib. 10. vbi clariſſime id diſponitur, & ex eo ſic colligit pro ſummario Bart. ibi. & dicens, publicatio bonorum ſtatu integro remanente, non impedit quem ſuccedere. &c. Idem tenet Bart. ibi. nu. 5. in. l. fina. C. quæ res pigno. obli. po. Alexan. in. l. 3. §. illud. ff. quod quis iu. Idem in addi. ad Bart. in. d. l. forma. C. de iu. fiſ. Idem Bart. in. l.

1.col.vlti.ff.de bon.damna.& ibi Alexan.ad ipſum. Bart.in.l.fina. in.2.lectu.nu.4.C.de pact.verſi.ad hereditatẽ non ad aptatur. Idẽ Alexan.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.col.7.& ſeq̃.de verbo obli.cum multis alijs ſimilibus. Vbi tenent doctores communiter.
2 Quod publicatio,ſeu confiſcatio omnium bonorum non extendatur,nec trahatur,ad bona futura,ſed tantum ad illa,quæ tempore cõmiſſi delicti ille habebat, Merito igitur idem dicendum erit in propoſito themate.

3 ¶ Confirmatur id ipſum ex eo,quód ſi ☞ incapaci heræditas,aut legatum,vel ſimilia deferantur,aut relinquantur,licet ea ipſe capere non poſſit,fiſcus non capiet,ſed heræ des,qui erant ſucceſſuri ab inteſtato,ita Bart.ſingula.in.c.heræditas.C.de his quib.vt indi. nu.3. allegat tex.in.l.in metallum.de his quæ pro non ſcript. habent. & in.l.in metallũ.ff.de iu. fis.refert,& ſequitur Iaſo.poſt ali.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem,in.l.1.C.de heræ.inſti.nu.5.Idẽ Bal.& Imol.in.l.3.ff.de teſta.Bart.in.l.ſi pater.ff.de heræ.inſti.cnm
4 multis ſimilibus. ☞ Maxime autem cum palam,& non occulte ei9 modi incapaci relinquitur.vt notat.Bart.in.d.l.heræditas.nu.1.C. de his quib.vt indign.& alij vbi ſupra.Multo igitur verius dicendũ erit,bona poſt delictum cõmiſſum quæſita,fiſco non eſſe applicanda,cum & ipſe incapax non ſit futuræ ſucceſſionis, & ☞ futura ad
5 cognitionem iudicis non pertineant.in.l.non quemadmodum.ff. de iudi.vbi Bart.& alij cum ſimili.

¶ 69.

## ¶ FACTVM.

FErnandus.B.in curia regis conueniebatur ad reddendam rationem adminiſtrationis,ille contradicebat ſe ad locum.vbi adminiſtrauerat remittẽdum. Pro quo hæc ipſe allegaui.

## ¶ SVMMA.

A Dminiſtrationis ratio ibi danda eſt, vbi ipſa adminiſtratio facta eſt Vnde habet locum remiſſio ad eum locum. nu. 1.

¶ Licet curia regis ſit communis patria, & quilibet ibi poſſit conueniri, fallit in cauſa adminiſtrationis, & alijs, in quibus habet locum remiſſio nu. 2.

P Rimo adducitur tex. in. l. 1. & . 2. C. vbi de racio. agi. opor. & in. l. 32. tit. 2. part. 3. in fine. ibi. en aquellos lugares es tenudo de reſponder, & de hazer quenta ſobre qualquier deſtas coſas o otras ſemejantes do vſaua dellas por razon del officio que tenia. &c. & hic
1 eſt vnus caſus ex multis, in quibus habet locum remiſſio ad locum cōtractus, vt tenet Alberi. Bal. & alij in auth. qua in prouincia vbi de crim. ag. opor. & in. d. l. 1. & . 2. C. vbi de rōci. ag. opor. tradit Abb. & docto. communiter. in. c. fina. de fo. compe. cum ſimilibus. Idem igitur dicendum erit in hoc caſu.

¶ Neq; obſtabit, ſi opponatur, curiam regis noſtri communem eſſe
2 patriam omnium, ac proinde quemlibet poſſe ibidem conueniri, non obſtante fori præſcriptione, vt in. l. Roma. ff. ad municipa. & in l. 4. tit. 3. part. 3. notant docto. canoniſt. in. d. c. fi. de fo. compe. cum alijs. Nam dicimus id minime habere locum indiſtincte, vt cum quis ad curiam venit proſequens appellationem litis ſibi motæ, & ſentētiæ contra ſe latæ, vt in hoc themate accidit, & expreſſe excipitur in d. l. 4. tit. 3. part. 3. & in alijs cauſis ſimilibus. Præterea hic eſt vnus caſus, quo fit remiſſio ad locum adminiſtrationis neceſſario. Probatur aperte in. d. l. 1. C. vbi de ratio. ag. opor. ibi. vbi hæc geſſit rationem oportet reddi, & in. d. l. 2. eo tit. ibi in militari oportet iudicio reſpondere, in quo & inſtructio ſufficiēs, & nota teſtimonia, & veriſſima ſunt documenta. &c. Et ita notant docto vbi ſupra. Vnde etiam ab ipſa curia regis, ſimiliter hoc themate facienda erit remiſſio ad locum adminiſtrationis.

¶70.

¶FACTVM.

CVm minor vigintiquinq; annis, licet maior octodecim, à patre naturali, eoden q; bonornm ſuorum curatore bona materna, cum eorum ratione peteret, & obtinuiſſet Negabat pater committendam eſſe filio earum rerum adminiſtrationem. Et demum ita fuit iudicatum, vt alius eiuſmodi bonis curator daretur, ipſo etiam filio inuito & renitente. Me pro patre patrocinante, his & ſimilibus.

¶SVMMA.

LIcet puberi inuito curatur nõ detur, tamen administratio bonorum ei non conceditur, nu. 1.

¶Venia ætatis a principe datur poſt vigeſſimum annum ætatis cum cauſæ cognitione nu, 2.

¶Data ætatis venia adhuc nõ poteſt minor de rebus ſuis diſponere. nu, 3.

ra glegorium in. l. 13. tt° 16. p. 6.
Ricardum. §. item inuiti inſt. de curat.

SApientiſſimi Iudices. In cauſa Franciſci. O. minoris, qui bona poſtulat materna ſibi tradi, adducũtur contra
1 eum ſequentia. ¶ Et primo quamuis puberi adoleſcenti, inuito

inuito,curator non detur.iuxta vulgaria,non tamen inde deducitur adminiſtrationem bonorum ſuorum ipſi eſſe permittendam.in l.1.§.apparet.ff.de mino.ibi.nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committitur,quamuis bene rem ſuam gerentibus.Idem in.l.ſeq.& ſeq. eo tit.ibi.ipſi per raro minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem extra ordinem indulſerunt.&c.cũ alijs ſimilibus,& ita notat glo. & docto.in.§.item inuiti.inſti.de cura.cum alijs.Vnde idem dicendum erit hoc caſu.

2 ¶Quod etiam confirmatur ex eo,quòd ipſi minores neq; veniam ætatis a principe ad id obtinere ſolent,niſi exceſſerint vigeſſimum ætatis annum.Idq; ſpeciali prærogatiua,& indulgentia principis cum cauſæ cognitione,in.l.1.&2.&.l.omnes.C.de his qui veni.æta. impe.ibi.qui paternam frugem,vel auorum patrimonia gubernare cupiunt.&c.Et ibi ita notat Bal.Sali.& alij.quæ ætatis venia nõ erat neceſſaria,ſi iure ſibi patrimonia gubernare liceret,fruſtraq; precibus exigeretur ſi a iure communi concederetur.Iuxta vulgaria.

3 ¶Comprobatur etiam id ipſum,quia ad hæc poſt ſic impetratam veniam ætatis,ad huc minores eiuſmodi minime poſſunt de rebus ſuis diſponere in.l.eos.C.de his qui ve.æta.impe.vbi notat Bal.Salice,& alij.Multo igitur magis affirmandum erit nulla tali impetrata venia,nullo modo rerum ſuarum adminiſtrationem eis committendam,vt dictum eſt.

¶71.

## ¶FACTVM.

ANtonius.P. procurarori mandauerat, vt pecuniã reciperet in India maris Oceani ab eius debitore iuxta tenorem obligationis,quam ipſi mittebat.In qua continebatur eam pecuniam ibidem eſſe ſoluendam ſtatim poſt certos dies,ita vt in eadem naui ſibi tranſmitteretur, quod ſi non fieret Hiſpali ab ipſo debiiore liceret eam pecuniam exigere.Cum autem procu

rator poſt eam diem pecuniam reciperet,& in altera naui dominō mitteret,ad huc Hiſpali eam exigebat, ceſſis debitori actionibus ad illam primam ſibi habendam. Cum hæc & ſimilia pro ipſo creditore adduxiſſem apud ſupremos iudices Hiſpalēſes tandem obtinere non potui.

## ¶ SVMMA.

MAndatum procuratoris ad exigendum certo loco, & tempore, non extenditur ad recipiendum extra illum locum & tēpus. nu. 1. & 2.

¶ Speciale mandatum ad exactionem differendam requiritur. nu. 3.

1 SApientiſſimi Iudices. Pro Antonio. P. adduco ſequentia, in cauſa pecuniæ in tempore non ſolutæ. Et primo mandatum procuratoris ad exigēdū certo loco, & tēpore, datū, non poſſe extēdi ad ſolutionē recipiēdā extra illū locū, & tēpus. Ad quod eſt tex. ſatis expreſſus in. l. qui Romæ. §. callimachꝰ. de verbo obli. vbi Bart. & doctores ita notant & ſummant cōmuniter procurator ad ſolutionem recipiendam certo loco & tempore, nō poteſt terminū prorogare, nec locum immutare, niſi datū eſſet ſibo arbitrium, &c. Et ita dicendum eſt in themate propoſito.

2 ¶ Neq; obſtat, quod in mandato nihil ſpecialiter in hoc excipiatur cum in ipſo expreſſe moneat pecuniam illam iuxta obligationis cōtinētiā exigendam, quod certe ſufficiebat. Et ita etiam expreſſe determinat tex. in. d. §. Callimachus. ibi. an nihil proſit Erotis conſenſus, cui nihil amplius poſt diem conuentionis mandat um fuerat, quam vt eam pecuniam recœptam Romam perferret. &c. Vnde etiam liquido cōuincitur integrum ius domino remanſiſſe ad exactionem pecuniæ Hiſpali faciendam. Probatur etiam expre

ſſe in.d.tex.in.fi.ibi.an actionem domino ſemel quæſitam adimere potuerit. Reſpondi non poſſe.&c. Et ibi.ſed fore exceptioni locum,ſi ſeruo datum eſſet arbitrium.&c. Vnde conſtat manifeſte ſi-
3 ne ſpeciali ad id mandato exactionem pecuniæ, eiuſmodi procuratorem non potuiſſe differre. Ac proinde ſaluum ius ipſi domino ad exigendum ſupereſſe. Cōtra quæ videtur militare tex.in.l.quod ſi epheſi.§.fina.de eo quod cer.lo.vbi docto.& ſimilia, quæ in contrariam ſententiam mouere potuerunt.

¶72.

## ¶FACTVM.

VIctor in cauſa principali, á condemnatione expenſarū omiſſa appellauerat, & iudicē delegatū à ſum. Ponti.impetrauerat ad eam cauſam vnà cū toto negotio. Victus autē ſe potiorem in iudice impetrando fore cōtendebat, victoremq; nimiū properaſſe, expectandūq; eſſe tēpus, intra quod ipſe proſequi appellationē poterat. In quo hæc & ſimilia pro victore adduxerā, cū eſſem aduocatus ipſiꝰ, & pro nobis fuit iudicatū & obtentum.

## ¶SVMMA.

VIctor, poteſt a condemnatione expenſarum omiſſa appellare, & iudicem impetrare, victum in eo præueniendo, etiamſi in principali cauſa obtinuerit. nu. 1.

¶Quando victus appellauit a ſententia in eo tantum, quod erat contra ſe, magis id locū habet. nu. 2.

1 ~~I~~N Condemnatione expenſarum omiſſa certum eſt appellari poſſe, etiamſi eiuſmodi appellãs in cauſa principali ſententiam pro ſe reportauerit. Ita notat Bart. Bal. Salice. & omnes. in. l. omnem honorem. C. quando prouo. non eſt ne. Abb. & doctores communiter. in. c. ſignificauerunt de exceptio. vbi Abb. nu. 7. dicit hanc eſſe cõmunem opinionem in. d. l. omnem honorem. & vbiq;. Idem tenet Specu. in. tit. de appella. verſi. 33. & Ioan. Andr. in addi. Rot. decis. 264. vt refert. Abb. ibidem, & Anto. & alios. Cum igitur poſſit appellare, poterit & iudicem ad cauſam impetrare, vt in themate propoſito.

¶ Nec obſtabit tex. in. d. l. omnem honorem. C. quando prouo. nõ
2 eſt neceſſe, vbi inui videtur contrarium. ¶ Nam illud obtinere certum eſt, quando victus á ſententia illa appellaſſet indiſtincte. Ac proinde negotium totum deuoluatur ad ſuperiorem, & conſequenter ipſa omiſſio condemnationis expenſarum, quam victor etiam ipſe coram iudice partis victæ proſequi queat. Secus ſi ab illa ſententia ſignanter fuiſſet appellatum, in eo tantum, quod cõtra ſe pronũciatum fuiſſet, nam tunc victor non poſſet coram eo iudice damnũ reſarcire, propter condemnationem expenſarum omiſſam ſibi obueniens. Quæ eſt ſententia, & declaratio notãda, & inſignis eximij illius doctoris iuris canonici. Abb. in. d. c. ſignificauerunt de exceptio. nu. 7. & 8. poſt Anto. Specu. Ioan. Andr. & alios. fuit etiam declaratio, & intellectus Bart. nu. 3. & ſeq. in. d. l. omnem honorem. quando prouo. non eſt ne. & aliorum ibi. Quæ declaratio & opinio maxima certe æquitate niti videtur, ex qua etiam & iudici debitus honor. & parti ius ſuum illæſum ſeruatur. Vt per doctores maxime. Abb. vbi ſupra. Merito igitur aſſeuerãdum erit hoc caſu impetrationem iudicis á victore factam valuiſſe, vt dictum eſt.

¶ 73.

¶ FACTVM.

CVm vterq; tam actor quam reus pari ſe numero teſtium tuerentur, ipſe pro altero ex ipſis apud iudicem, his & ſimilibus interceſſi.

¶ SVMMA.

TEſtes pręferuntur teſtibus varijs ex cauſis. nu. 1.

1 TEſtes præferuntur teſtibus ex varijs cauſis. Primo ex eorum authoritate, & dignitate, quia ſunt honeſtiores ditiores, & melioris famæ, & opinionis. Secundo ex veriſimilitudine, & qualitate eorum, quæ deponunt. vt ſi ſint magis conſona iuri, aut negotio, de quo agitur, aptiora. vt. 4. q. 3. ſi teſtes. & c. licet de probatio. Innocen. in. c. auditis. de præſcri. Idem Innocen. & alij in. c. in noſtra de teſti. Tertio ex eorum teſtiũ numero. Quarto etiam ex authoritate & qualitate perſonæ producẽtis. argu. c. quia veriſimile de præſumptio. & c. ſuper hoc de renun. & c. ſolicite de teſti. ſpoli. Ita tradunt Hoſtiẽ. Anto. & alij. vbi Abb. nu. 3. cum ſeq. in. d. c. in noſtra. de teſti. cum multis ſimilibus. Cum igitur hæc omnia concurrant in preſenti negotio, certum erit teſtes noſtros, & eorum depoſitiones preferendas.

¶ 74.

¶ FACTVM.

QVi fundum ad vitam ſuam, & hæredis conductum habebat, in teſtamento quendam in eo fundo hæredem nominauit. Eũq; grauauit, vt cuidam alteri certam peccuniæ ſummam in annos ſingulos durante ea conductione, & vita ſua redderet. Reſpondi valere tale relictum per hæc & ſimilia.

## ¶ SVMMA.

QVẽ honoro poſſum grauare, Idem in eo, quem nominaui in cõductione fundi herædem, nu. 1.

¶ Idem in eo, qui iuris fictione eadẽ perſona cẽſetur nu. 2.

¶ Iudicio teſtatoris capit, qui nominatur ab eo hæres in cõductione, nu. 3.

1 PRimo ad id dicendum mouet regula illa iuris veriſſima, & ſatis æquitati conſona, eum, cui in teſtamẽto quid relinquitur, onerari, & grauari per teſtatorem optime poſſe. Iuxta tex. Et ibi notata. in. l. cum filio familias. in prin. de lega. 1. vbi Bart. & docto. ita notant & tenent cõmu. vbi Iaſo. nu. 11. cũ ſeq. & nu. 32. & alijs. vbi etiam traditur cõmuniter. Id locum habere in eo, cui immediate per ſe, vel per mediam perſonam ex tali teſtamento acquiritur commodum. Idẽ traditur in. l. ab eo. C. de fidei com. vbi Bal. Salice. & omnes. & in. l. 1. §. ſciẽdũ. de lega. 3. & . in. l. ſi fuerit cũ. l. ſeq. eo. tit. in. l. cũ pater. §. eorũ. de lega. 2. in. l. cõficiũtur. in prin. ff. de iu. codicillo. cũ multis ſimilibus. Nil igitur obſtare poterit, quo minus illud relictũ, de quo agimus, robur obtineat.

2 ¶ Cõfirmatur id ipſum, quia nõ ſolũ ab eo, quẽ honoro, relinquere poſſũ, vt dictũ eſt, ſed etiã ab eo qui poſtea ſucceſſurꝰ, eadẽ pſona iuris fictione cẽſetur cũ ipſo primo honorato. vt hæres legatarij ipſiꝰ in. l. ſi fuerit. cum. l. ſequẽ. ff. de lega. 3. in. d. l. cũ filio familias. in prin. de lega. 1. vbi idem in filio, & ſeruo, qui cenſetur vna & eadem perſona iuris intellectu. Notat Bart. & docto. in. d. l. cũ filio familias. de lega. 1. vbi Iaſo. nu. 12. & Moder. Non dubium igitur erit ab ipſo ſic

honorato poſſe relinqui, vt dictum eſt.

¶ Neq; his aduerſatur, quòd in initio ipſius conductionis pro ſe &
3 hærede recœperit teſtator, nam ad huc iudicio ipſius hoc percipere commodum certiſſimum eſt, cum hunc, & non alium hæredem in eo fundo, & ipſius locatione nominauerit. Cumq; potuiſſet quem vis alium nominare. Ita diſponitur in ſimili. in. l. ſed & ſi ſic. de lega. 3. ibi. qui fortuito, & non iudicio teſtatoris conſequitur. &c. vbi notant Bart. & omnes communiter. & in prædictis locis.

¶ 75.

## ¶ FACTVM.

APpellaturus iudices ſupremos cauſarū criminaliū, iudices cauſarum ciuilium ſupremos appellauit Hiſpali. Dixi nihil obeſſe ei, quomin⁹ cauſam proſequi appellationis poſſet, & remittendum eſſe ad iudices earum cauſarum competentes. Et ita fuit iudicatum, & decretum.

## ¶ SVMMA.

APpellans maiorem iudicē vel parem, cū eo, quem erat appellaturus nō deſerit cauſam, ſed remittitur ad iudicē competentem. nu. 1.

¶ Idem in eo, qui appellauit iudicem parem, cum eo, qui primam tulit ſententiam. nu. 2.

1 APpellans iudicē maiorē eo, quē erat appellaturꝰ, vel parē, non ideo cauſam deſerit, aut amiſſu ius eſt. tex. eſt expreſſꝰ ad id. in. l. 1. §. ſi quis. ff. de appella. & in. l. 18. tit. 23. par. 3. ibi. mas ſi ſe alçare por yerro a otro q̄ ſea mayor al q̄ aq̄l a quiē ſe deuie alçar, vale el alçada, y deuelo embiar al otro q̄ ha derecho de juzgarla. &c. Vbi expreſſe diſponitur in appellatione maioris iudicis. De pari autē expreſſe ſimiliter determinat glo. in d. l. 1. §. ſi quis. ff. de appella. in verb. vt minorē. quā ap. ꝓbāt ibi Bart. Albe. & docto. cōmu. ſecūdū Grego. Lo. qui nihil ferè intactū reliquit, ex his quæ ad rem pertinēt. in. d. l. 18. in. verb ygual. &c. Cū igitur parem habeant iuriſditionem appellationum iudices Hiſpalēſes ſupremi in cauſis ciuilibus, & criminalibus, error in nomine iudicum minime debet obeſſe. Vt in propoſito negotio.

¶ Cōfirmatur id manifeſte, & deducitur, ex tex. in. d. l. 18. tit. 23. par. 3. ibi. o q̄ fueſſe ygual de aq̄l q̄ le auia juzgado, vale el alçada. &c.
2 Si enim valet appellatio equalis iudicis, cum eo, qui primam ſentētiā protulit. vt in dicta. l. partitæ expreſſe diſponitur. Multo magis robur obtinebit appellatio, ad ſuperiorē illius, qui iudicauit, parē tamen in iuriſditione cum eo, quem erat appellaturus, vt dictū eſt argumēto ſumpto á minori ad maius, in auth. multo magis de epiſ. & clæ. & ſacro ſan. ecclæ. cum alijs. Maxime autem cum facienda ſit remiſſio ad verum, & competentem iudicem, vt expreſſe cauetur vbi ſupra.

¶ 76.

## ¶ FACTVM.

PRocurator, ſpeciale ad id aſſerēs ſe habere mādatū, domum maioratus locauit, ad vitam cuiuſdam, & hæredis. Cumq; dominus ratum id non habuiſſet, immó poſt aliquot annos iudicis decreto domus ipſi domino reſtituta eſſet. Agebat cōductor euictionis nomine contra procuratorē. Cūq; pro eo hæc & ſimilia adduxiſſem in ſupremo tribunali Hiſpalenſi, obtinere non potui.

## ¶SVMMA.

PRocurator dicens ſe habere mandatum, tenetur re euicta, nu. 1.

¶Vendens rem, quam dixit eſſe ſine vitio, cum ſciret contrarium, tenetur euictionis nomine, nu. 2.

¶ Procurator falſus tenetur ad intereſſe, & expenſas litis. nu. 3. Et idem in tutore falſo. nu. 4.

¶Procurator, quẽ dominus non releuat onore ſatiſdationis, tenetur, nu. 5.

¶Bona maioratus ſi ad vitam locarentur, valeret locatio ſaltem pro tempore vitæ ipſius poſſeſſoris. nu. 6.

PRo Roderi. M. adducũtur ſeq̃ntia, in cauſa euictionis cũ Fráciſco. G. Et primo aſſeueraſſe cõſtanter ſe ſpeciale habere mádatũ, ad illam locationem ædium ad vitam faciẽdam. Cũ tamen poſtea mandatũ non oſtẽderit, ac ex ea cauſa, vt probabiliter creditur, conductione illa fuerit deſtitu-
1 tus ſententijs, & ædibus ſpoliatus. Procurator autem vendens

vel contrahens procuratorio nomine, docere debet ſe eſſe procuratorem, aliter enim tenetur euictionis nomine. Docet Bal. inſigniter. in.l.1.C.credi.euicti.pigno.non debe. Etiamſi in contractu dixiſſet, non velle obligare ſe ipſum, ſed dominum tantummodo. allegat ibi Bal.l.1.eo.tit. Sed voluit allegare.l.2.eo.tit. quæ bene probat. Allegat etiam Bart.in.l.ſi vno.§.vbicumq;.ff.loca. qui hoc ibi non dicit, ſed Alexan.ibi.in.d.§.vbicumq; in addi.ad Bart.in litte.c.in verb.vbicumq;. Idem igitur dicendum erit hoc caſu.

2 ¶Confirmatur etiam hoc ipſum, quia vendens rem, quam affirmauit eſſe ſine vitio, cum tamen ſciret cōtrarium, tenetur euictare. Vt diſponitur expreſſe in.d.l.2.C.credi.euict.pigno.non de.cum concordan.in glo.ibi. quæ etiam glo. declarat idipſum locū habere, quādo ſciebat ſibi non licere vendere, vt in propoſito themate accidit Cum igitur affirmauerit tempore contractus ſe ſpeciale ad eam locationem habere mandatum, non dubium eſt eo non apparente, ac proinde re euicta, teneri.

¶Quod ad huc comprobatur alijs argumentis euidentibus, & ma-
3 xime illo, quód procurator falſus teneatur ad intereſſe. in.l. falſus procurator.C.de furt.ibi. præter rei reſtitutionem actione dupli cōuenitur, & in.l.ſi procuratori falſo.ff.de cōdi.ob.cau. vbi notat Bart. & omnes communiter. Bal. Salice. & omnes.in.d.l.falſus.C.de furt. qui etiam & eius fideiuſſores ad impenſas littis tenentur, non ſolū ad intereſſe.in.l.ſi ſine.in prin.&.§.cum autem.ff.rem ra. habe. ibi. præſtant etiam impenſas, quæ in iudicium ſactæ fuiſſent. Et ibi glo.
4 Bart. & omnes communiter. Non ſine exemplo tutoris, & ſimiliū tenetur enim non ſolum minori cuius nomine falſo contrahit, ſed etiam alteri, cum quo talis tutor contraheret ad omne intereſſe. in.l falſus tutor. & in.l.nouiſſime.ff.quod fal.tuto.autho.ibi.in eum, quāti ea res erit iudicium dabo, vt in tantam pecuniam condemnetur. vbi glo. Bart. & omnes ita tenent communiter, cū alijs ſimilibus.

5 ¶Item procurator, quem dominus onere ſatiſdationis non releuat, obligatus remanet. Notat. Bart. & omnes. in Rub.ff. iudicatum ſol. tex.in.§.1.& ſeq̄.& per totum.inſti.de ſatiſda.cum ſimili. Non dubium igitur erit hunc, qui ſe procuratorem affirmauit, maiori cum ratione obligatum remanere.

6 ¶Nec oberit, ſi dicatur, hunc bona maioratus domini obligare nõ potuiſſe. Nam ſi mandato præcedente id feciſſet, non dubium erat ad vitam ſaltem ipſius domini valituram fuiſſe locationem, vt in. l. Statius Florus. §. Cornelio fœlici. ff. de iu. fis. cum ſimilibus. Quæ propter deffectum mandati nec in hoc profuit.

¶77.

## ¶FACTVM.

CVm ciuis Hiſpalenſis contenderet ſe decimas integre ſoluturum fore in loco, vbi fructus percipiebat, nõ autem dimidiam partem earum Hiſpali, vbi erat ciuis. Vt & legibus, & ſtatutis conſtitutum eſt. Aduerſus eum apud iudicem ecclæſiaſticum, his & ſimilibus egeram, & demum obtinui.

## ¶SVMMA.

DEcimæ debentur ecclæſijs, et parochijs, in quibus ſacramẽta ecclæſię percipiuntur, & diuina officia audiuntur. &c. nu. 1.

¶Tempus quadraginta annorum requiritur ad inducendã conſuetudinem contra ius canonicum. nu. 2.

¶Conſuetudo præter ius, aut contra ius ciuile per decem annos introducitur. nu. 3.

¶ Ad conſuetudinem admittendā requiritur bis ſaltem ita iudicatū fuiſſe, & alia. nu. 4.

ADmodum Reuerende Iudex. In cauſa decimali Alfonſi. M. adducitur primo hoc iam olim diſpoſitum, & obſeruatum perpetuo eſſe, vt ciues Hiſpalenſes, pro dimidia parte decimas fructuum ſuorum ecclæſijs ipſius ciuitatis
1 reddant. Quod ☞ ſané videtur emanaſſe á diſpoſitione ipſa iuris canonici. In quo ſtatutum reperimus, vt decimæ ecclæſijs, & parochijs reddantur, in quibus filij ſacro baptiſmate initiantur, diuina officia audiuntur, & ſacramẽta ecclæſiæ percipiũtur. in. c. ad apoſtolicæ. de deci. ibi. illi ecclæſiæ reddantur, in qua ecclæſiaſtica percipiunt ſacramẽta, vbi glo. Abb. Hoſtien. & omnes ita notant, & tenent communiter. Idem. in. c. decimis. 16. q. 1. & in. c. quæſti. eo tit. ibi. plebibus tantum, vbi ſacroſancta baptiſmata dantur debere dari. &c. & ibi. vbi eorum infantes baptizantur, & vbi per totum anni circulũ miſſas audiant. &c. Cum ſimilibus. Quod etiam diſponitur apud nos. l. 7. tit. 20. part. 1. ibi. deuen ſer dados alas yglesias parrochiales, y alos clerigos que las ſiruen. &c.

2 ¶ Neq; oberit id, quod opponitur, de contraria cõſuetudine cuiuſdam oppidi ipſi ciuitati propinqui. ☞ Nam ad conſuetudinem inducendam contra ius canonicum requiritur tempus quadraginta annorum, quod hic minime interuenit glo. ſingu. in. c. fina. de conſue. in verb. legitime. vbi Abb. nu. 11. & ſeq. ita notat, & tenet poſt Anto. Hoſtien. & omnes communiter. Idem Bart. in. l. de quibus. in. 2. lectu. de legi. nu. 14. & ibi doctores communiter. Maxime Iaſo. nu. 42. vbi dicit hanc eſſe cõmunem opiuionem. Et Crego. Lopez. in. l. 5. tit. 2. part. 1. in verb. diez o veynte años. Eſtq; hæc generalis traditio, & ſententia doctorum vtriuſq; iuris vbiq; locorum.

3 ¶ Quod ſi obijciatur decem annos ſufficere, aut viginti ad inducendam conſuetudinem. Iuxta tex. in. d. l. 5. tit. 2. part. 1. & tradita per gloſſ. & doctores communiter. in. d. l. de quibus. de legi. & in. c. fina. de conſue. glo. & doctores in. c. fina. de conſue lib. 6. reſpondebo

id obtinere in conſuetudine, quæ præter ius, aut contra ius ciuile introducitur, non in ea, quæ contra ius canonicum eſſet admittenda, vt hoc themate. Et ita in his terminis determinat glo. in. d. c. fina. de conſu. in verb. legitime. & glo. in. c. fina. eo. tit. lib. 6. & ibi Anto. Abb. Hoſtien. & omnes ita intelligunt, & tradũt communiter. Docet Bart. in. d. l. de quibus. & Iaſo. ibi. nu. 43. dicit hanc etiam communem opinionem. Nulla igitur ratione obtinebit, allegans eiuſmodi conſuetudinem hoc caſu.

4 ¶ Maxime autem cum minime probetur ſic iudicatum aliquando fuiſſe, ſaltem duabus ſententijs, quòdq; rationabili ex cauſa, & conſenſu populi, & domini fuerit introducta conſuetudo. Quæ omnia aliaq; requiruntur, ad quamlibet conſuetudinem inducẽdam. Nõ tantum ad eam, quæ contra ius eſſet admittenda, vt ſignanter, & expreſſe diſponitur. in. d. l. 4. tit. 2. part. 1. Et ibi Grego. Lopez. in. d. verb. diez o veynte años. Fuitq; ſententia communis, & notanda gloſſarum. Bart. & doctorum. in. d. l. de quibus. de legi. & in. d. c. fin. eo tit. lib. 6. cum multis alijs ſimillibus.

¶ 78.

¶ FACTVM.

CVm ſuper ſocietatis rationibus eſſet tranſactum, & liberatio pro eis facta, cum omnibus renunciationibus in eiuſmodi trãſactione & liberatione apponi ſolitis, trãſigens contra eam nitebatur. Pro quo ipſe his & ſimilibns apud iudices Hiſpalenſes ſupremos ſum vſus. Et demum in cauſa fuit obtentum, vt denuo habitis rationibus res in integrum reſtitueretur.

## ¶ SVMMA.

Liberatio & quietatio generalis, non extenditur ad res dolo occultatas, nu. 1.

¶ Liberatio propter rationes redditas, non extenditur vltra contenta in ipſis nu. 2.

¶ Tranſactio dolo facta eſt nullius momenti ope actionis, exceptio. & repli. nu. 3.

¶ In generali remiſſione non intelligitur remitti dolus præteritus. nu. 4.

¶ Tranſactio ſine cauſæ, & iuris ſui cognitione vires non habet. nu. 5.

1 Ampliſſimi Iudices. In cauſa illa tranſactionis, & liberationis reſcindendæ adducitur primo illud. Quód liberatio, & quietatio, vt aiunt, quantumcũq; generalis non extendatur ad res dolo occultatas. Vt eſt tex. expreſſus ad hoc, & notabilis. in. l. tres fratres. ff. de pact. Vbi notat Bart. & docto. cōmu. Bal. Sali. & oēs. in. l. ſub prætextu Specierum. C. de tranſactio. vbi Iaſo. nu. 2. Idem

& Doctores communiter. in. l. ſi de certa. C. eo. tit. cum multis ſimilibus. Probatur optime. in. d. l. tres fratres. vbi diuiſio, bonorum, & liberatio generalis coheredum mutua, non extenditur ad aurum per vnum ex ipſis occultatum. Et ita Bart. ibidem ſūmat dicens. Quietatio non extenditur ad res dolo occultatas. &c. Cum igitur appareat manifeſte, in libris rationum multa falſo ſcripta fuiſſe, ac ex eiſdem liberationem illam datam, trāſactionemq́ ſecutam, non dubium eſt, ad illa ſic occultata dolo, non extendi, ac proinde denuo rationes illas eſſe exigendas, examinādaſq́.

2 ¶ Confirmatur id ipſum. Nā liberatio propter rationes redditas data, nō extenditur vltra cōtenta, & deducta in ipſis rationibus. Tex optimus. in. l. emptor. §. lucius. Titius. ff. de pact. vbi Bart. Idē. Bart. & Sali. poſt Bal. & alios. in. l. ſi de certa. C. de tranſactio. Gyn. Bal. in. l. ſub prætextu ſpecierum. eo tit. Albe. & ange. in. l. tres fratres. ff. de pact. Anto. & Abb. in. c. 1. de tranſactio. Alexan. conſi. 11. vol. 2. cum multis ſimilibus. Et ſic affirmandum eſt in hoc caſu, liberationem illam non extendi vltra contenta in ipſis ratiocinijs, & abſolutionem datam ab eis, conformem eſſe confeſſioni. Iuxta vetus Hiſpaniæ prouerbium.

3 ¶ Præterea tranſactio per dolum facta, & extorta nullius cenſetur eſſe momenti, tam ope actionis, quā exceptionis, & replicationis. Notat Bart. ſingula. in. l. ſub prætextu. la. 1. C. de tranſactio. nu. 4. & alij eum ibi ſequuntur communiter, vbi Iaſo. nu. 8. idem Bart. & Moder. in. l. actione. C. de tranſactio. vbi Iaſo. nu. 7. & ſeq. Et ita iudicādum eſt in noſtro themate, trāſactionem hanc nullam vim obtinere dolo, & fraude interueniente.

4 ¶ Pro qua etiam parte optime quadrat, quòd in generali remiſſione, non intelligitur dolus præteritus remitti. glo. in. d. l. actione. C. de tranſ. vbi Bal. Salice. & omnes communiter ita notant, & tenēt. ſimiliter Iaſo. nu. 11. & 12. cum multis alijs. Idem in hoc ſentiēdū liquet, vt in generali remiſſione, & renūciatione iuris huius, non cēſeatur dolus remiſſus, qui in rationibus reddendis ſic interuenit.

¶ Cōprobantur ad huc ſupradicta, quia & ipſæ illæ rationes ſic redditæ, integrā cognitionem, & examen minime ſubierūt, nec partes

5 ipſis acquieuerant. Immo contra ipſas plurima adduxerant, & ſine cauſæ, & iuris ſibi competentis cognitione, tranſactio facta vires obtinere non debet. in. §. duo fratres. l. qui Romæ. de verb. obli. notat Bart. & doctores communiter. Bart. & omnes. in. d. l. tres fratres ff. de pact. cum alijs ſimilibus. Vnde ex omni parte remanet intentio noſtra fundata. Ad idem eſt tex. in. l. de his. ff. de tranſa. vbi Bart. & docto. notant communiter. Iaſo. poſt alios. in. l. ſub prætextu. C. de tranſa. nu. 5. vbi plura.

¶179.

## ¶ FACTVM.

Pater filij in poteſtate adminiſtrator legitim⁹ fundum eiuſdem filij donauerat. Mortuo autē patre fundi alienationem filius reuocabat. Opponebatur, cum eſſet ipſius parentis hæres, ad obſeruationem donationis teneri. Ipſe autem pro filio hæc, & ſimilia adduxeram.

## ¶SVMMA.

PArentes filiorum bona donare, aut perdere nequeunt nu. 1.

¶Filius recuperans a patre donata, exceptione euictionis non repellitur, nu. 2.

¶Donator euictionis nomine non tenetur ex donatione rei ſuæ, ne dum aliena, nu. 3.

¶Quādo

¶ Quando alienatio eſt nulla nec alienãs ipſe ex cauſa euictionis tenetur. nu. 4.

¶ Intellectus ad. l. 24. tit. 13. part. 5. nu. 5.

¶ Venditio rei alienæ valet, non ſic donatio. nu. 6.

1 LIcet filius hæres patris obſeruare teneatur contractus ab ipſo celebratos. Iuxta tex. in. l. 24. tit. 13. part. 5. Id intelligo ſane, & non ſine diſtinctione eſſe accipiendum. Non enim aut donare, aut perdere bona filij, idcirco permitti parentibus dicemus, contra iuris communis placita, imperatorumq; legitimas ſanctiones. Maxime autẽ in Auth. de nupt. §. ſed quod ſancitũ eſt. verſi. interminatur enim accipientibus. & c. Vbi Bart. & Ange. interminatur enim accipientibus, inquit Iuſtinianus, tamquam nihil eis, quod, acceperunt, proſit. Et ſciant, quòd ſi talem á parentibus comparationem fecerint, vel ſi acceperint donationem, vel ſi quid omnium egerint, tale erit quale nec geſtum, nec ſcriptum, quod factum eſt. & c. Et ſic videtur manifeſte donationem illam, de qua agimus, robur minime obtinere potuiſſe.

¶ Neq; obſtabit tex. cum glo. in. l. cum à matre. C. de rei vendi. & quæ ibi Bal. Salice. & doctores commu. notant. tex. in. l. ex qua perſona. ff. de regu. iu. vbi etiam doctores, cum multis ſimilibus. Vbi traditur communiter, filium patris hæredem agentem pro alienatione rerum ſuarum à patre facta, euictionis exceptione repelli.
2 ¶ Nam hoc in donationis contractu minime locum habere pote-

3 rit. In quo nec donās ipſe euictionis nomine tenetur, etiā in do-
natione rei ſuæ, nedū alienæ. in.l. quoniam [redacted] auus. C. de euictio. cū ſimili.
4 vbi etiā traditur per docto. cōmu. Præter id, quód quando aliena
tio eſt nulla, vt hoc caſu, nec ipſe alienans ex cauſa euictionis tene-
tur, vt eſt tex. expreſſus. in.l.ſi in emptione. §. item ſi emptor. & in.l.
domū. in fi. ff. de contrahen. empt. Notat Fab. Ange. & alij. in prin.
inſti. quib. ali. li. vel non. poſt glo. ibi. glo. in.l. vni. C. de rei vxo. ac
tio. §. & cum lex. vbi ita notant docto. cōmu. refert, & ſequitur Imol
in. c. cū contingat. col. 13. de iure iu. verſi. ait autem Ange. vbi dicit
approbari prædictas gloſſ. cōmu. cū multis alijs ſimilibus. Multo
igitur minꝰ filiꝰ patri ſuccedēs tenebitur euictionis nomine, ac pro
inde minime impedietur res ſuas, ſic alienatas, recuperare.

¶ Nō obſtat ſimiliter tex. in. d. l. 24. tit. 13. part. 5. quæ indiſtincte vi-
detur filium hæredem cogere ad obſeruationē pactorū patris. ibi.
todos los pleytos derechos. &c. Nā ex ipſo met tex. reſponſio dedu-
5 citur, cum expreſſe diſponat pacta iuri conſona á patre facta filio
6 ſeruanda, vt ſi pater rem filij vendidiſſet, cum valeat rei alienæ
venditio. in. l. rē alienā. ff. de contrahē. empt. in. §. non ſolū. vbi doc-
to. inſti. de lega. cum multis ſimilibus. Non autem ſic valet donatio
rei alienæ. Et hoc meo iudicio ſignificare aperte videntur verba
illa pleytos derechos, hoc eſt pacta, cōtractuſq; iuxta iuris præcep-
ta initos. Idq; conſtat aperte ſenſiſſe Montal. & Grego. Lop. in. d. l.
partitæ. dicentes habuiſſe ortum illam legem. á. l. cum. a matre. C. de
rei. vendi. quæ cum glo. & tota materia de venditione rerum filij tā
tūmodo intelliguntur, & diſponūt. Non igitur ad donationē, & ſi-
milia eiuſmodi diſpoſitiones extendemus, de quo nunc agimus.

ALfonſus. S. fidem dederat L. R. ſe eam ducturum in vxorem, ſi pater conſentiret. Copula deinde ſæpiſſime cum ea ſecuta, cohabitationeq́; diuturna, filijs etiã ex ipſa procreatis, ab eo matrimonio reſiliebat. In quo iudex in fauorem viri protulerat ſententiam, quæ etiam in appellationis gradu fuerat confirmata. Sed tertia ſententia pro dicta muliere fuit pronunciatum Me pro ipſa patrocinium præſtante, his & ſimilibus fundamentis.

¶ SVMMA.

MVliere petente, vt ſe in vxorẽ ducat, & viro reſpondente, ſe ducturum, copula ſecuta efficitur matrimoniũ de preſenti. nu. 1.

¶ Conditio ſi pater conſentiat, quamuis ſit licita, tamen copula ſecuta ab ea receditur. nu. 2. & 3. & 7.

¶ Fauore matrimonij per copulam videtur exprimi conſenſus de preſenti. nu. 4.

¶ Matrimonium ſub conditione, ſi tantum ſibi donaret, quamuis ſit licita, cõmixtione ſecuta efficitur ſtatim de preſenti. nu. 5.

¶Copula duos ſimul effectus operatur, nu. 6.

¶Diutina cohabitatio, tractatusque coniugalis in lecto, & menſa, & alia ſimul iuncta matrimonium inducunt. nu. 8.

¶Si vir dicat, ſe animo decipiendi in mulierem conſenſiſſe, ipſi non prodeſt, nu. 9.

ADmodum reuerende iudex. Pro. I. R. adducũtur ſequentia, in cauſa matrimoniali. Primo ſufficienter eſſe probatum tam confeſſione ipſi' rei, quam teſtibus, & alijs matrimonium inter hos interceſiſſe. Et ſufficiebat certe meo iudicio ſolennis illa ſtipulatio vtriuſq; in hoc matrimonio, quam ipſemet ſua confeſſione interueniſſe declarat. Ipſa dicente, vt in vxorem ſe duceret, ipſoq; ſtatim reſpondente, ſe facturum, & eam in vxorem ducturum, copula
1 ſtatim, & deinde ſæpius ſecuta. ☞ Vnde matrimonium illud abſq; dubio factum fuit de preſenti, iuxta tex. cum materia. in. c. is qui fidem de ſponſa. vbi notat, & tenet glo. Innocen. Abb. & omnes canoniſ. communiter, cum multis ſimilibus.

¶Non obſtat id, quod per ipſum opponitur, ſe ſub conditione pro
2 miſſionem illam emiſiſſe, ſi pater cõſentiret. Nã, quamuis ☞ eiuſmodi conditio in matrimonio contrahendo reprobari non ſoleat, vt
3 in. c. ſuper eo. de condi. appo. ☞ copula tamẽ deinde ſecuta, vt hoc themate accidit, matrimonium efficitur de præſenti, & purum ſine conditione, tamquam ſi minime conditio illa vnquam interueniſſet. Ad quod eſt tex. expreſſus. in. c. per tuas. de condi. appo. vbi ex

preſſe notat glo. Abb. & doctores communiter. Et idem iudicandũ eſt in propoſito negotio.

¶ Quod etiam confirmatur optime per glo. in. d. c. per tuas. de con-
4 di. appo. in verb. præſumẽdum in med. quód fauore matrimonij in ducta ſit hæc præſumptio. Quia per carnalem copulam videtur manifeſte conſenſum exprimere de præſenti. quam glo. ibi approbat Innocen. Abb. & omnes communiter. Vbi etiam plus addit glo. vt etiam ſi ante copulam proteſtetur, ſe nolle propterea á conditione recedere, nec hoc ſibi prodeſſe poſſit, Vnde dubitãdum in hoc minime videtur.

¶ Comprobatur id ipſum ex tex. etiam ad id expreſſo. in. c. de illis. de condi. appo. vbi clare videtur decidi hic, & ſimiles caſus, vt de
5 illo qui promiſit ducere in vxorem. ꝯ Si tantum ſibi donaret. Nã quamuis ea licita ſit conditio, ſi tamen carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta, ſtatim matrimonium efficitur validum, & de preſenti. Probat bene tex. ibi. niſi carnalis ſit inter eos cõmixtio ſubſecuta. Et ita ex eo tex. notant. Abb. & docto. communiter ibi. & in pluribus alijs locis.

¶ Adiuuatur etiam hæc pars ex doctrina illa notabili Abb. in. d. c.
6 de illis. de condi. appo. nu. 4. ꝯ vbi tradit carnalem copulam duos ſimul effectus operari, alterum ſcilicet, quód conditio in matrimonio appoſita cenſetur adempta, & matrimonium ratum, & purum ſtatim efficitur. Alterum vero, quòd matrimonium de futuro, per eam efficitur de preſenti. Quam ſententiam approbant ibi dodoctores cõuniter. Colligiturꝗ; probe. ex tex. ipſo. in. d. c. de illis. & c. per tuas. de condi. appo. & c. is qui fidem. de ſponſa. & alijs ſimilibus.

¶ Quibus non obſtat tex. in. c. ſuper eo. de condi. appo. vbi matrimonium ſub illa conditione contractum, ſi pater voluerit, ſuſpen-
7 ditur vſq; ꝯ ad patris conſenſum. Nam id certe militat, quando ſolummodo interuenerunt verba in matrimonio, nec vltra fuit progreſſum ad copulam, vt hoc themate. Et ita intelligunt illum tex, glo. Innocen. Abb. & omnes doctores communiter.

¶Præterea,etiamſi confeſſio illa tam aperta ipſius viri, non inter-
8 ueniſſet hoc caſu, ꝙ ſufficiebat certe diutina illa cohabitatio, tractatuſq́ coniugalis in lecto,& menſa,liberorum procreatio,famaq́ publica viciniæ,& totius feré populi, bonorum ipſius mulieris adminiſtratio libera,cæteraq́ plené in proceſſu cauſæ ipſius deducta, & probata. Quæ licet ſingula ſeorſum matrimonium nõ probarent,iuncta tamen omnia illud abſq́ dubio inducere affirmandũ eſt.vt inſigniter,& acutiſſi.colligit Abb. nu. 8.in.c.illud de præſumptio.poſt varias doctorum opiniones ita reſolutiue colligens & affirmans,ex mente etiam aliorum ferè omnium.

9 ¶Minus etiam illi prodeſſe debet,allegatio illa, ꝙ ſe non habuiſſe animum contrahendi cum ea,ſed decipiendi, & fallendi. Nam de hoc probatio nulla,animuſq́ in corde retentus nihil operari ſolet. Et ita expreſſe contra eum diſponitur.in.c.tua nos.de ſponſali.vbi docto.notant communiter,cum alijs ſimilibus.Vnde ab omni parte fundari conſtat agentis petitionem.

¶81.

## ¶FACTVM.

AVuus in teſtamẽto nepotes ex filio hæretico, & curiæ ſeculari propter hereſin tradito, & mortuo, prætererat.Reſpondi eiuſmodi nepotes ad rumpendum aui teſtamentum admittendos. Per ſequentia.

## ¶SVMMA.

FIlij orthodoxi nõ prohibẽtur ſuccedere auo, aut patri hæreſis damnato, ſi bona patris fiſco non applicarentur, nu. 1.

¶Nepotes ex eiuſmodi filio hæretico, neceſſario ab auo ſunt inſtituendi, nu. 2.

¶Nepotes eiuſmodi poſſunt capere tertiam, & quintam bonorum aui partem iure prælegati, & meliorationis, nu. 3.

¶Pater deportatus non nocet filio in ſucceſſione aui, & alijs, idem de patre heretico, nu. 4.

¶Non inuenitur iure ciuili, aut canonico prohibitum, vt filij hæreticorum ad ſucceſſiones admittantur, nu. 5.

¶Intellectus, ad l. 7. tit, 7. par. 6. & l. 3. tit. 26. part. 7. nu. 6.

PRo hac parte primo adducitur tex. ad id ex-
preſſus, in.l.cognouimus. C. de hæreti. cuius
verba, ſunt hi liberi, ſiue ex teſtamento, ſiue ab
inteſtato ad eorum ſucceſſionem vocentur, &
donationes, ſeu aliæ liberalitates his accedere
poſſint, qui orthodoxorum venerabilium no-
mine ſunt decorati. Idem diſponitur in Auth.
1 idē eſt de Neſtorianis. eo tit. ☞ Vnde manifeſte deducitur ortho-
doxæ fidei liberos non ſolum ad aui ſucceſſionem admittēdos, ſed
etiam ipſius patris hæretici, niſi bona omnia ipſi patri per fiſcum
eſſent ablata, vt infra latius deducam. Et ita notabiliter tenet, & no
tat Iaſo. in.l. hæreditas. C. de his. quib. vt indi. nu. 8. quód auus poſ-
ſit inſtituere nepotem ex filio hæretico, cum deffectus patris non
debeat nocere nepoti.

¶Secundo id ipſum expreſſe diſpoſitum inuenire licet. in. l.2. tit.
26. part. 7. apud nos. ibi. por hereje ſiendo algun ome juzgado ſi
vuieſſe hijos que fincaſſen en la fe catholica, o que la guarden, eſtos
mandamos que ayan todos los bienes de ſu padre. &c. Idem ad huc
expreſſius in. l. 7. tit. 7. part. 6. ibi. mas ſi el padre fueſſe hereje, o de
otra ley, & los fijos, ó los nietos fueſſen catholicos, eſtonce el padre
tenudo es de eſtablecer a eſtos fijos a tales por herederos, maguer
no quiera. &c. ☞ Vnde liquido conſtat, non ſolum eiuſmodi filios
2 & nepotes poſſe inſtitui, ſed etiam neceſſario inſtitui debere. Et
ita acutiſſime colligit, & tenet Hiſpalenſis noſter vir doctiſſimus
Didacus de Segu. in repe. l. coheredi. §. cum filiæ de vulga. fol. 19.
col. 4. verſi. ex ſupra dictis infero, licet leges illas partitarum non
allegauerit. Adducit tamen Iaco. Bart. Bal. Alexan. & Iaſo. vt per
3 ipſum. ☞ Addens etiam eiuſmodi nepotibus poſſe optime relin-
qui tertiam, & quintam bonorum partem iure prælegati, & melio-
rationis. Quod per plura fundamenta & authoritates confirmat.

4 ¶Confirmatur etiam id ipſum, nam pater deportatus incapax hæ-
reditatis, non nocet filio, quominus ſuccedat auo. in. l. 1. §. pe. ff. de
cont. tabu. iuncta. l. ſi pater. ff. de coniungen. cum eman. Immò & ſi
fuerit talis nepos præteritus rumpet teſtamentum aui, vt in. d. §. pe
nu. Idem igitur erit dicendum procul dubio in patre hæretico, vt

filio non noceat in ſucceſſione aui, cum equiparetur deportato. vt per doctores cōmuniter. in. l. Gallus. § . & quid ſi tantum de libe. & poſthu. & ita arguit Doctor de Segu. vbi ſupra. Quem etiam refert & ſequitur Iacob. ſeptiman cenſis. c. 29. inſti. catholi. nu. 7. in fi. vbi etiam allegat Caſſa. idem tenentem.

¶ Comprobantur ad huc prædicta ex mea hac noua cōſideratione.
5 ☞ Nam meo iudicio nō inuenitur iure ciuili, aut canonico diſpoſitum, vt hæreticorum filij inteſtabiles, aut in capaces ſucceſſionum dicantur ex teſtamento & ab inteſtato, aut inter viuos. Neq; obſtat tex. in. c. vergentis. de hæreti. cum eius materia. & c. filij. eo. tit. lib. 6. cum alijs. Vbi tantum diſponitur, patrem hæreticum amiſſione omnium bonorum mulctari, ita vt etiam filij nullum ad bona paterna regreſſum habeant, ſed de in capacitate ſuccedendi verbum nullum. Neq; ſimiliter obſtat tex. in c. quicumq;. §. hæretici. eo. tit. lib. 6. quòd filij ad nullum beneficium ecclæſiaſticum admittantur, & ſimiles diſpoſitiones. Nam de iure ſuccedendi, aut obtinendi bona contra ipſos filios mentio nulla. Et hoc voluit meo iudicio. D. de Segu. vbi ſupra. verſi. tertio facit. &c. Vbi allegat Iaco. But. in. l. 1. C. de hære. inſti. tenentem, quòd licet filij committentium crimen leſæ maieſtatis amittant ius ſuccedendi, non ſolum patri, ſed etiam auo, & alijs. Non ſic accipiendum ſit in crimine hæreſis. Vnde poſito quòd filij non ſuccedant patri hæretico, eo quòd bona eius fiſco applicantur, non propterea prohibētur ſuccedere matri catholicæ, vel alijs quibuſcumq; perſonis catholicis. Ita ipſe acutiſſime atq; vnice tradit, vbi ſupra. Ex quibus noſtra bene probatur intentio.

¶ Neq; his obſtabit, id, quod Grego. Lopez in. d. l. 7. tit. 7. part. 6.
6 ☞ Cōcludit iure canonico hodie dictas leges partitarum minime locum habere. Nam id ſolum agit, vt dictis legibus non obſtantibus in bonis patris hæreſeos damnati iure canonico nullum filij ius habeant, cum fiſco applicētur pleniſſime, ſed de ſucceſſione matris, aui, & aliorum nihil noui ſtatuēdum tradit. Vnde ſupra dicta á nobis adducta integram vim & veritatem obtinent.

¶82.

## ¶FACTVM.

CVm intra decennium executio inſtrumenti eſſet peti ta,& non facta. Reſpondi tranſacto etiam decennio executionem illam poſſe continuari. Sequentibus motus.

## ¶SVMMA.

PRoductio inſtrumentorum, executionẽ paratam habentium, & executionis petitio, habet vim litis conteſtacionis, & poteſt continuari executio.nu.1.

¶Per ſolam executionis petitionem interrumpitur præſcriptio decennij, ad executionem dati.nu.2.

1 IN inſtrumentis paratam executionem habentibus, productio ipſorum in iudicio, & executionis petitio habet vim litis conteſtacionis. Tenet Bart. notabiliter. in.l. ſi quis ſtipulatus.nu.4.ff.de ſolutio. Idem Bal. ibidem referendo Bart. Cum igitur per litis conteſtacionem interrumpatur præſcriptio. vt in.l. ſi poſt motam.C.de peti.here.in.l. naturaliter.ff. de vſuca.cum alijs, certum eſt tempus illud decẽnij ad executionẽ inſtrumentorum datum minime præteriiſſe. Immò per illam executionis petitionem ſeruatum, & integrum remanſiſſe.

¶ Confirmatur id ipſum ex ſententia eiuſdem Bart.conſi.36. quem refert, & ſequitur Ciſuentes.in.l.63. Tauri. verſi.quinto dubitatur vbi etiam allegat Franciſ.in tracta.& demum affirmant, per ſolam executionis petitionem impediri præſcriptionem illi⁹ decennij, intra quod.d.l.63.Tauri executionem paratam habere inſtrumẽta, permittit. Non dubium erit igitur executionem illam in tempore petitam, poſſe continuari poſt decennium.

¶ 83.

## ¶ FACTVM.

FVndo locato ad bienium, qui erat Domini.D.Franciſci de los Cobos, cõmẽdatarij ſummi, cũ eo trãſacto ex tacita reconductione executio peteretur. Iudicaui minime locum habere, cum eſſem iudex in prouincia Legionenſi, ordinis ſancti Iacobi. Per ſequentia.

## ¶ SVMMA.

PRo tacita reconductione nõ habet locum executio. nu. 1. & 4.

¶ In conuentionibus tantum videtur dictum, quantum ſcriptum, & non amplius. nu. 2.

¶ Certa ſunt, & determinata quæ habent executionem paratam, & ad alia extẽdere nõ licet. nu. 3.

MOtus ſum primo authoritate ſubtiliſſimi doctoris. Bal. in. l. legem. C. loca. qui ita de-
1 terminat, & tenet expreſſe, ☞ pro tacita reconductione minime locum habere executionem. Et merito quidem, cum clauſula executiua, ſeu guarentigia, vt aiunt, non ſit repetita in cõductione tacita. Immó nec ꝙ ipſe conductor expreſſe iterum ſe obligauerit, ſed tantũ legis præſumptione illa obligatio vtilitatis cauſa inducatur. Quam opinionem Bal. refert, & ſequitur Iaſo. in. l. certi conditio. in prin. nu. 21. ff. ſi cer. pe. dicens hanc eſſe communem opinionem, & ab ea non recedendum. Cum igitur in propoſito negotio pro tacita illa reconductione obligatio expreſſa non interuenerit, nec aliquid vltra legis præſumptionẽ, quod oculis perſpici, & legi poſſit, vt inquit Bal. ſubtiliter vbi ſupra. Certum erit nulla ratione executiue in hoc poſſe procedi.

2 ¶Confirmatur hoc ipſum ex eo, quòd in contractibus tantum videtur, dictũ, quãtũ apparet ſcriptum, & non amplius. in. l. ſolemus. vbi Bart. & docto. cõmu. ff. de iudi. in. l. nõ omnis. ff. ſi cer. peta. vbi Bart. Iaſo. & omnes cõmu. cũ ſimilibus. Vnde cum nihil hoc themate à partibus reperiatur ſcriptũ, aut cõuentũ, præter legis ipſius traditionem, & præſumptionem, nihil eſt, quod paratam poſſit habe-
3 re executionem. ☞ Præſertim cum certa ſint illa & determinata, in quibus executiue poſſit procedi. Et vltra illa extẽdere executionẽ
4 non poſſumus. in. l. non diſtinguemus de arbi. cum ſimilibus. ☞ Et illam opinionem Bal. refert, & ſequitur Hiſpanus Didacus Perez. in. l. 4. tit. 8. lib. 3. ordina. fol. 1080. col. 4. verſi. eſt tamen dubiũ. &c. vbi etiam allegat Alexan. conſi. 17. & 28. in. 4. volu. & Matthæ. de Affli. deci. 365. nu. 15.

¶84.

¶FACTVM.

C Vm mulier procuratorem Hiſpali conſti tuiſſet, ad contrahendum matrimonium in India maris Oceani, cum eo viro, qui ipſi procuratori placeret. Reſpondi non obſtante tali mandato poſſe eam ab eo reſilire. Cum quo, eius nomine procurator contraxiſſet, ex ſequentibus.

¶ SVMMA.

N Onſufficit ſpeciale mandatum ad contrahendum matrimonium, ſed opus eſt magis ſpeciali ad contrahē dum cū tali nominatim. nu. 1.

¶ In penitus in cognitum conſentire in matrimonio non poſſumus. nu. 2.

¶ Generale mādatum de nuptijs contrahendis non ſufficit, niſi mandantis ratihabitio ſubſequatur. nu. 3.

1 N On ſufficit ſpeciale mandatum ad contrahē dū matrimoniū, ſed requiritur etiam expreſſum ſignāter de certa perſona, ſignata & nominatim expreſſa. Ita notat & tenēt glo. vni. & notanda. in c. fina. de procu. lib. 6. in ver. ſpeciale. in fi. quam ibi ſequuntur, & comendant Doctores communiter. Similiter glo. in ſumma. 39. quæſtio. 1. in verb. quod
2 autem. in medio. ¶ Nam in penitus in cognitum, nec amorem nec conſenſum dirigere poſſumus. Vt dicit ipſa glo. Allegans

etiam diuum Auguſtinum dicentem. Non viſos diligere poſſumꝰ qui nobis per famam, vel alio modo cogniti ſunt, in cognitos autē diligere nequimus. &c. Nulli igitur dubium erit, quin mulier hæc mandato illo non obſtante, poſſet à matrimonio diſcedere, ſi forte ab eo procuratore cũ incognita, & incerta perſona fuiſſet cōtractũ.

¶Quod etiã euidenter reperitur expreſſum. in. l. generali. ff. de rit. nupt. vbi tex. generali mandato quærendi marito filio familias, nō fieri nuptias rationis eſt. Itaq; perſonam eius patri demōſtrari, qui matrimonio conſenſit, vt nuptie contrahantur, neceſſe eſt. &c. vbi Bal. ☞ pro ſummario colligit generale mandatum de nuptijs contrahendis non ſufficit, niſi mandãtis ratihabitio ſubſequatur. &c. Et ad hoc illum tex, notant doctores communi. ibi. Ad idq; allegat cum glo. & doctores. in. d. c. fina. de procu. lib. 6. cum alijs, vnde abſq; dubio hæc procedet opinio.

¶85.

## ¶FACTVM.

Fideiuſſor in conductione ædium ad vitam, pro reo principali pēſionem ſoluerat, ceſſis ſibi ab ipſo creditore actionibus contra ipſum principalem debitorem. Qui contra cũ agens, hypothæcã ſerui perſequebatur, qui in generali bonorum obligatione conprehendebatur. Et eam ſimiliter adoriebatur alter ipſius debitoris creditor. Poſterior quidem tempore, ſed cuius obligatio prius fuerat cōtracta, quam prior ille fideiuſſor ſoluiſſet. Immò, & antequam veniſſet dies illius ſolutionis pro penſione ædium faciendæ. Reſpondi pro illo fideiuſſore, per hæc, & ſimilia.

## ¶SVMMA.

FIdeiuſſor pro debitore ſoluẽs habet actionem mandati contra ipſum, & ad bona creditori obligata, nu. 1.

¶ Per ceſſionem actionum factam debitori a creditore, ſuccedit in locum creditoris. nu. 2.

¶ Tempus conuentionis in prælatione hypothecę inſpiciendum, non dies ſolutionis faciendæ. nu. 3.

¶ Creditor ſub conditione & ad diem præfertur poſteriori, cui poſtea pure debeatur. nu. 4. & 6.

¶ Debitore foro cedente præferuntur creditores priores, etiam conditionales, & ad diem. nu. 5.

1 PRimo ad id dicẽdũ moueor ex eo, quod fideiuſſor pro principali ipſo ſoluẽs, habet actionẽ mãdati cõtra ipſm, nõ ſolum ad pecuniam cõſequendã, ſed etiam ad perſeqndũ pignora, & bona pro ipſo debito creditori obligata. vt eſt tex.

expreſſus.in.l.2.C.manda.ibi.qua non ſolum pecuniam,ſed etiam pignora in obligationem deducta potes conſequi.&c. Et ta intelligit glo.ibi.in verb.pignora.in tertio intellectu. Notantq; Bal.Salice.& alij ibi communiter.
2 Vltra id, quód ceſſio actionum per ipſum creditorem fideiuſſori ſit facta, & in locum ipſius creditoris fuerit conſtitutus, & naturam eius cui ſucceſſit, ſapiat. Iuxta vulgaria. Facit tex.in.l.3.C.de fide. vbi cogitur creditor cedere ipſi fideiuſſori ſoluenti actionem, tam hypothæcariam, quam perſonalem. Et ibi doctores notant communiter.

¶ Neq; obſtabit, quòd ante quam dies ſolutionis faciendæ veniſſet vt eiuſmodi fideiuſſor ſolueret, ſecundus ille creditor hypothæcam etiam illorum bonorum iam obtinebat.
3 Nam inſpiciendum eſt tempus ipſius obligationis, & conuentionis. Ita diſponitur expreſſe in.l.qui balneum.in prin.ff.qui po.in pigno.habe. vbi tex. licet enim eo tempore homo pignori datus eſſet, quo nondum quicquã pro conductione deberet, priorem eius cauſam habendam. &c. Et ita tenet Bart.& docto.ibi communiter. Et ſummat ipſe Bart.dicens, tempus conuentionis inſpicitur.&c. Idem diſponitur etiam expreſſe.in.d.l.qui balneum.in prin.verſi.Sed & ſi hæres.dicẽs, hic quoq; tuendum eſſe, eum, cui prius pignus datum ſit.&c.

4 ¶ Confirmatur id ipſum. Cum creditor ſub conditione, & ad diem prior tempore obligationis contractæ, præferatur creditori, cui poſtea pure deberi cœpiſſet. Etiamſi conditio illa impleta non ſit, aut dies obligationis illius primæ nõdum venerit. Vt expreſſe diſponitur.in.d.l.qui balneum in prin.verſi.amplius etiam, cuius verba ſunt. Sub cõditione creditorem tuendũ putabam, aduerſus eum cui poſtea quicquam deberi cœpiſſet.&c. Per quem Rode.Xua.acute colligit in.l.poſt rem iudicatam.de re iudi.fol.176.col.4.debito
5 re foro cedẽte, præferri creditores conditionales, & ad diem, anteriores, illis, quibus pure deberetur. Vt per ipſum latius.

6 ¶ Quod ſimiliter comprobatur per tex.elegantem, ad id etiam expreſſum.in.l.potior.ff.qui po.in pigno.ha.in prin.cuius verba ſunt Cum enim ſemel conditio extitit, perinde habetur, ac ſi illo tempore, quo ſtipulatio interceſſit. ſine conditione facta eſſet.&c. Quem tex.notat ad id Bart.& alij ibi. Idem Bart.vbi Iaſo.nu.5.

in.l.

in.l.ſi ita ſtipulatus.la.6.de verbo obli. cum ſimilibus. Non dubium igitur erit, quin fideiuſſor ille ex anteriori hypothæca agens, præferatur alteri poſteriori, licet antequam fideiuſſori deberetur, ſecundus ille hypothæcam obtinuiſſet. Eſt etiam elegãs tex, ad idẽ in.l. Lucius Titius eo.tit.qui.pot.in pig.ha.in hæc verba reſpondi Lucium Titium in omne, quod ei deberetur potiorem eſſe, in vſuris etiam, quæ poſt ſecundum creditum acceſſerunt. &c. Vbi Bart. notat, qui potior eſt tempore in ſorte, intelligitur etiam eſſe prior in vſuris, cum pluribus ſimilibus. Idem in.l.creditor.§.ſi primus.eo tit.qui po.in pig.ha.ff.ibi.dubium non eſt, quin potior ſit, licet ante diem pure cum alio creditore de eadem conuenerit. &c.

¶86.

## ¶FACTVM.

SEcundus creditor, cui res locata erat, tutabatur ſe aduerſus primum creditorem generali bonorum hypothæca, vltra poſſeſſionem ipſius rei locatæ, quam poſſidebat. Iudicaui priorem ad huc præferendum, poſſeſſione illa ſecundi non obſtante. Cũ eſſem iudex, vicemq́ Aſſiſtẽtis ſeu præfecti vrbis Hiſpali gererem, per ſequentia.

## ¶SVMMA.

PRior tempore præfertur ſecundo, etiã ſi rem ipſam ſecundus poſſideat. nu.1.

¶Ius hypothæcę per ſolã conuẽtionẽ cõſtituitur ſine traditione, ideo pręfertur primus, etiãſi ſecũdus poſſideat.nu.2.

¶In beneficijs ecclæſiaſticis idẽ, vt primus cui facta eſt cõceſſio, præferatur, licet ſecundus poſſideat.nu.3.

PRo hac mea opinione conſidero eſſe tex. expreſſum in. l. creditor. la. 2. in pri. reſpon. ff. qui po. in pigno. ibi. exceptio priori eſt, ſiue poſſideat, ſiue ab alio poſſidente prior creditor vendicet hypothæcaria actione. & c. Vbi Bart. prior in tempore contra ſecundum creditorem agentem, habet exceptionem, & contra excipientem replicationem ex prioritate tẽ-
1 poris- & c. Non dubium igitur erit, poſſeſſionem rei hypothæcæ obligatæ non obeſſe prioritati temporis. Et ita affirmandum ſit in propoſito themate.

2 ¶ Confirmatur id ipſum ex eo, quod cum ius hypothecæ per ſolam conuentionem conſtituatur, ſine aliqua alia traditione, ille præferendus ſine dubio ſit, cui prius res obligata fuit, non cui prius tradita. in. c. qui prior. de regu. iu. in. 6. in. l. ſi prior. §. fina. ff. qui po. in pig no. habe. in. l. potior. in. l. qui balneum. eo. tit. cum alijs in proxime precedenti allegatione adductis. Et ita notant, & tenent Cyn. Ioã. Fab. Bal. Sali. Paul. & omnes. in. l. quoties. C. de rei vendi. vbi Iaſo. nu. 11. & . 12. dicit hanc eſſe communem opinionem, & limitationẽ ad tex. & materiam. d. l. quoties. C. de rei vendi. vbi etiam inferunt
3 prædicti doctores communiter. Idem eſſe in conceſſione prebẽdæ, & beneficij ecclæſiaſtici, vt primus, cui facta ſit conceſſio, præferatur ſecundo, cui etiam poſſeſſio prius tradita eſſet. Cum ex ſola conceſſione, ſine traditione ius in ipſis beneficijs acquiratur, refert & ſequitur Iaſo. vbi ſupra. nu. 12. vbi plura. Sic igitur dicendum erit in propoſito negotio, vt poſſeſſio rei obligatæ, nil obſit primo creditori, quamuis ipſe non poſſideat, & alter poſſeſſionem obtinuerit.

¶ 87.

¶ FACTVM.

CVm mulier ædes conduxiſſet ad tempus vitæ ſuæ, & filij, vel filiæ, & hæredis, quem ipſa in teſtamento, vel extra teſtamentum nominaret, inter viuos extraneam quandã mulierem ad id nominauit ſucceſſorem. Ex quo dominus ipſe ædium ingentem mouerat litem, contendens cum filiam haberet, & relinqueret in cæteris bonis hæredem, illam, & non extraneam perſonam ſignare ad id debuiſſe. Et tandem contra dominum fuit obtentum, tam iudicis inferioris, quam ſupremorum Hiſpalenſium ſententijs, in quo hæc ipſe adduxeram.

¶ SVMMA.

NOmen hæredis ad ſucceſſorem ſingularē pertinet, in nominatione hæredis ad conductiones ad vitam, & ſimilia nu.1.

¶ Doctor Petrus de Peralta cathedram primariam iuris ciuilis Salmanticæ regens, præceptor multorum, laudatus, nu. 2.

¶ Verba ſecundum ſubiectam materiam improprie accipiũtur, nu.3.

¶ Generali conſuetudine Hiſpalis, & ſuæ prouinciæ nomen hęredis ad ſingularẽ ſucceſſorem pertinet in eiuſmodi locationibus. nu.4.

PRimo dico in hoc eſſe tex. expreſſum, vbi hoc clare
deducitur.in.l.in conuentionibus.ff.de verb. ſigni.
cuius verba ſunt.Cum igitur ea lege fundũ vectiga-
lem municipes locauerint,vt ad hæredes eius,qui ſuſ-
ceperit,pertineret,ius hæredũ ad legatarium quoq;
tranſferri placuit.&c.Et ita illum tex.ad hanc deciſionem notat in
1 ſigniter Alcia.ibi poſt Bart.& ☞ alios.dicens hoc caſu,& ſimilib9,
etiã ad particularem ſucceſſorem extendi nomen hæredis.Non du
bium igitur erit,quin nominatio illa in eiuſmodi ſucceſſione ædiũ
facta in ſingularẽ ſucceſſorẽ,iuxta conuentionem illam primam lo
cationis valuiſſe affirmem9.Et ita tenuit Salmãticæ in publica præ
2 lectione me audiẽte vir inſigni ☞ eruditione prædit9,acutiſſim9q;
præceptor meus,& multorũ,doctor Petr9 de Peralta.vbi allegauit
dictã.l.in conuentionibus.de verbo.ſigni.ad deciſionẽ huius quæ-
ſtionis.& ſimiliũ.Affirmans etiam,ſe vidiſſe ita iudicatũ in nego-
tijs contingentibus,cui viro plurimum ſané nos debere fatendum
eſt,ſi vera eſt ſententia illa,de qua in.l.Aquilius regulus.ff.de dona.
cum multis alijs ſimilibus.Maxime cum vir ille dexteritate,& amo
re docendi multos excelluerit,& alijs.

¶ Prætera confirmatur hæc ſententia ex eodem tex.in.l.in cõuẽtio
nibus.de verbo ſigni.Quem ipſe nouiter pondero in ipſius princi-
pio,vbi dicitur,in conuentionibus mentem potius,quam verba cõ
trahentium ſpectari oportet.Vbi Alcia.☞ notabiliter tradit verba
3 improprie accipi ſecũdũ ſubiectam materiam,vt quia natura cõtra
4 ctus,aut cõſuetudo,& ſimilia ita exigãt.☞ Cũ igr̃ cõſuetudo gene-
ralis huius ciuitatis,& totius huius prouinciæ,in eiuſmodi locatio
nibus nomen hæredis ad ſucceſſorem ſingularem referat.Ita erat in
propoſito themate ſentiendum,licet lege expreſſum non inueni-
retur.Vt ſupra dictum eſt.

¶88.

## ¶FACTVM.

CVm peteretur executio inſtrumenti poſt decẽnium, iudicaui à tempore ſolutionis faciendæ, non antea illud tempus decennij incipere.

## ¶SVMMA.

IN obligationibus ad diem, vel ſub conditione prẹſcriptio minime incipit, aut currit ante aduentum diei, vel conditionis. nu.1.

¶Tempus decennij ad executionem inſtrumentorum nõ incipit ante diem ſolutionis faciendæ, nu.2.

1 CErtum eſt, in obligationibus ad diem, vel ſub conditione præſcriptionem minime currere, neq; incipere ante aduentum illius diei & conditionis. Tex. eſt expreſſus ad id. in. .l. cum notiſſimi. §. illud autem. C. de preſ. 30 vel. 40. anno. ibi. poſt conditionis exitum vel diei certæ, vel incertæ lapſum, præſcriptiones initium accipiunt, tam in perſonalibus, quam hypothæcarijs actionibus. &c. Et ibi ita notat. Bal. Sali.
2 & omnes communiter. Vnde & idem erit hoc caſu affirmandum, quòd tempus illud decennij, de quo. in. l. 63. Tauri, ad petendam

executionē inſtrumenti, non incipiat currere, niſi poſt diē ſolutionis faciendæ venientem. Et ita notat & tenet. D. Caſtillo. in. d. l. 63. Tauri. in verb. diez años. verſi. ex hoc etiam dico. vbi plura. & alij ſcribentes ibi. Vltra id, quód non valenti agere, præſcriptio nō currat. Iuxta vulgaria, neq; illi incipiat. Cum igitur ante lapſum diei, vel conditionis agi non poſſit, certum eſt ante diem ſolutionis peti non potuiſſe. Ac proinde die adueniente decēnium illud, & nō antea incipere.

¶ 89.

## ¶ FACTVM.

Statuto inclytæ huius ciuitatis diſponitur, vt ducēs in vxorem filiam ciuis originarij Hiſpalenſis, & ipſe ciuis efficiatur, cum autem in lite mota contēderetur, id ad filios non extendi. Ipſe contra, hæc, & ſimilia adducebam.

## ¶ SVMMA.

Licet priuilegia perſonalia ad heredes & ſucceſſores non tranſeant, cętera tamen tranſeunt. nu. 1.

¶ Perſonale priuilegium eſt, quando nominatim conceditur ſub nomine certę perſonę nu. 2.

¶ Priuilegium Hiſpalenſę, vt ducēs in vxorem filiam ciuis originarij, efficiatur ciuis, ad heredes tranſit, & ſucceſſores nu. 3.

1 LIcet priuilegia perſonalia ad hæredes non tranſeant. vt in l.alia cauſa.Solu.matri.in.c.priuilegium perſonale.de regu.iu. cum ſimilibus. Tamen indulta, & priuilegia alia, ad hæredes & ſucceſſores porriguntur. tex. eſt expreſſus in.l.priuilegia quædam.ff.de regu.iu.vbi tex. priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ. Et ideo quædam ad hæredes tranſmittuntur, quæ cauſe ſunt.&c.Idē tex.expreſſus.in.l.in omnibus cauſis
2 eo tit.de regu.iu.vbi etiā Decius.ſingula. tradit. Tum demum priuilegium eſſe perſonale, quādo conceditur expreſſe ſub nomine alicui9 certæ perſonæ nominatim.Idem voluit Abb.in.c.quoniā Abbas.de offi.delega.Eſt etiam tex.ad id.in.c.ſi gratioſe cum materia de reſcri.in.6.Idem Dyn.in.regu.priuilegium perſonale.de re-
3 gu.iu.cum multis alijs ſimilibus. Idem igitur affirmandum eſt in propoſita quæſtione. Cum priuilegium illud, vt ducens in vxorē filiam ciuis Hiſpalenſis, ciuis efficiatur, in fauorem huius ciuitatis, & totius eius reipublicæ, ciuiumq; vniuerſorū eius, cōceſſum ſit, nō autem nominatim detur ſub nomine alicuius certæ perſonæ. Vnde ſine dubio ad hæredes & ſucceſſores tranſmittendum dicemus.

¶90.

## ¶FACTVM.

CVm de vidua orta eſſet dubitatio, an mortuo marito retineret domicilium, & priuilegia ciuis Hiſpalenſis vt ipſe maritus obtinuerat. Reſpondi per ſequentia.

## ¶SVMMA.

VIdua retinet domicilium, & originem mariti defuncti.nu.1.

¶Vidua illis priuilegijs huius ciuitatis fruitur, quibus maritus ciuis ipſius fruebatur. nu.2.

1 MVlier quemadmodum per matrimonium mutat
domicilium ſuum,& originem in forum, & origi-
nem viri, ita etiam ſoluto matrimonio remanet in
domicilio,& origine viri.in.l. cum quædã puella.
ff.de iuriſd.om.iu.vbi Ange.Alexan.& omnes ita
notant,& tenent cõmuniter.ſimiliter Iaſo. ibi. nu.
1.eſt tex.in.l.exigere.ff.de iudi.cum materia. Notatur plene ibidẽ
per doctores, &.in.c.1.de ſpõſali.vbi per Abb.& docto.cũ multis
2 alijs. ¶ Idem igitur ſentiendum eſt, & affirmandum in themate
propoſito, vt vidue ille priuilegijs illis fruatur, quibus vir ipſe vi
uens fruebatur, huius ciuitatis, tamquam ciuis ipſius.

¶ 91.

## ¶ FACTVM.

Cum allegaretur conſuetudo ſoluendi decimas in alio loco extra domicilium, reſpondi per ſequentia.

## ¶ SVMMA.

COnſuetudo, aut præſcriptio introduci nõ poteſt, dũ non ſit aduerſarius, qui cõtradicat. nu. 1.

¶ Preſcriptio in maioratu, aut cõſuetudo, non procedit, dum nõ fuerit ad aduerſarius. nu. 2.

¶ Conſuetudo, & preſcriptio procedit aduerſario ſciente, & non aliter. nu. 3.

¶ Singulares perſonę introducere cõſuetudinem nequeunt, niſi totus populus conſentiat. nu. 4.

1 C Onſuetudo aut præſcriptio non poteſt inttoduci, dum non ſit aduerſarius, qui poſſet cõtradicere. Ita colligitur clare ex.l.5.tit.2.part.1.ibi, ſi en eſte tiẽpo ſe vuierẽ dado dos iuyzios concejeramẽte por la tal coſtũbre. &c. Et ita notat ſingu. Andr. de Iſer. in.§. Præterea ducatus, in. part. Adde. in. vſi feud. refert, & ſequi. Xua. in. l. quoniã in
2 prioribus. fol.85. col.1.&.2. ☞ Vbi tenet idem eſſe in maioratu, & alijs ſimilibus. Vnde clare deducitur, eam dici conſuetudinem minime poſſe ſoluendi decimas, cum nec ſuper eo lis hactenus vlla interuenerit, nec aduerſarius contra quem ea poſſit introduci.

¶ Quòd etiã confirmatur authoritate Ioan. Fab. in. §. æque ſi agat. de
3 actio. nu.19. quẽ ibi ſequitur Iaſo. nu.41. & alij ibi. ☞ Quòd cõſuetudo, & præſcriptio incipit aduerſario ſciente, & non aliter. Idem tenet Bart. in. l. de quibus. in.1. lectu. ff. de legi. nu.3. quod ad eſſentiam cõſuetudinis requiritur expreſſus cõſenſus populi. Quod idẽ diſponitur. in. d. l.5. tit.2. part.1. Idẽ Abb. in. c. Abbate. S. Syluani, de verb. ſigni. nu.10. Quòd cõſuetudinẽ nõ faciat ſolus curſus tẽporis,
4 ſed etiã conſenſus eius contra quem præſcribitur cõſuetudo. ☞ Præter id, quód hi duo, aut tres, de quibus agitur, conſuetudinem introducere minime poſſunt, niſi ab omnibus, aut maiore parte popularium, aſſenſus ad id eſſet adhibitus. Vt ſupra dictum eſt.

¶ 92.

## ¶ FACTVM.

C Vm debitor in pl⁹quàm ſedecim mille aureos in carcere Hiſpali ad petitionẽ creditoris detineretur, cuſtos ipſi⁹ carceris patiebatur hominẽ per vrbẽ ſpaciari, quo ꝗ volebat interdũ ire. Cũq; ex ea licẽcia anſam fugiẽdi cœpiſſet. Creditor agebat cõtra cuſtodẽ ipm, & eius fideiuſſores, cõtra quos lis immẽſa per aliquot annos ſecuta eſt. Poſt quod tẽpus debitorem ipſum in carcere repreſentauit. Cũq; ad debitũ ipm adhuc ageremus, his & ſimilibus apud ſupremos iudices Hiſpalenſes obtinere tãdẽ nequiuim⁹. Immó ad impleſſe pronũciatũ eſt illa, licet nimis ſera repreſentatione debitoris. Huic autẽ informaciõi ſubſcripſerat aduocatus etiam alter non vulgaris authoritatis.

O v

## ¶ SVMMA.

CVſtos carceris qui tenetur ad exoluenda debita fugientium e carcere repreſentando debitorem, non liberatur. nu. 1.

¶ Illi, quorum cauſa carcerati fugiunt, ad eorum debita exoluenda tenentur, nec repreſentando eos liberantur. nu. 2.

¶ Priuilegium nobilium perſonarũ, ne pro debitis in carcere detineri poſſint, perſonas non egreditur, nec cuſtodi carceris prodeſt, & ſimilibus. nu 3.

SApientiſſimi Iudices. Contra cuſtodem illum carceris, & eius fideiuſſores. Adducitur primo tenor ipſius obligationis, qua obligati reperiuntur, non ad re-
1 preſentandum carceratos, ſi aufugerint, & ſed ad ſoluendum præciſe debita per ipſos, ſimul atq; cõſtiterit aliquem ex eis aufugiſſe è carcere. Ad hoc autem videtur optime quadrare tex. expreſſus. in. l. Sancimus. C. de fide. ibi. niſi pacti tenor ad hoc reclamauerit. &c. Vbi Bal. Salice. & alij. Non igitur ſufficiet debitorem tandem repreſentare, cum ad id non teneantur, ſed præciſe ad exoluendum debitum, quod ipſe debitor debeat.

2 ¶ Quod ſimiliter confirmatur, nã is cuius cauſa carcerati aufugerint ad debita eorũ ſoluẽda tenẽtur præciſe, etiãſi rurſus in carcerẽ eos repreſentauerint. Ad quod eſt tex. expre. qui ita diſponit. in. l. quoties

C.de exa.trib.lib.10.per quē ita notat Sali.in.l.in bonæ fidei.col.10
de reb.cre.Idē in.l.admonēdi.de iure iu.vbi Lodo.Roma.23.col.re
fert,& ſequitur Iaſo.in.l.vni.§.is videtur.nu.17.ff.ſi quis ius.di.non
obtempe.Bart.in.l.2.ff.de furt.Idem in rub.de re.diui.Et eſt com-
munis concluſio doctorum.Idē iudicandum eſt in propoſito the
mate.Cū liquidiſſime ſit probatum,culpa ipſius cuſtodis debitorē
é carcere aufugiſſe.

¶ Nec proderit illa allegatio,debitorem illum eſſe nobili genere
natum,ac proinde in carcere detineri non potuiſſe.Iuxta nobiliū
perſonarum prærogatiuam.Cum nec ad huc conſtaret de ipſius no
3 bilitate,nec ſuper ea eſſet iudicū ſententijs pronunciatū.& Vltra
id,quód priuilegium illud nobilitatis cum ſit perſonale,perſonam
ipſam non egredietur,nec cuſtodi carceris,aut ipſius fideiuſſoribꝰ
poſſit prodeſſe.in.l.tam mandatori,vbi Bal.& omnes.C.de non
nu.pecu.in.l.alia cauſa,cum ſeq.Solu matri.vbi Bart.& alij cōmu-
niter,cum multis ſimilibus.

¶ 93.

## ¶ FACTVM.

CVm mercator,qui foro ceſſerat,allegaret ſe priuilegio nobilitatis in carcere pro de bito pecuniario vltra viginti mille aure orum,detineri non poſſe,ipſe contra,hæc & ſimilia adducebam.

## ¶ SVMMA.

MErcator foro ce dens,qui bona o ccultauit,non frui tur priuilegio no bilitatis,ne in carcere pro de bitis detineri non poſſit,nu,1.

¶ Idem etiamſi copiam ſui faciat, & ipſe ſe non occultauerit. nu. 2.

¶ Dolus eſt delictum, & inducens creditorem dolo ad ſibi credendum, non fruitur illo priuilegio nobilitatis. nu. 3.

¶ Idem de mercatore qui circa priuatas rationes falſum commiſerit. nu. 4.

IN cauſa illa mercatoris, qui priuilegio nobilitatis in carcere detineri non poſſe contendit pro debitis, quæ con-
1 traxit. Adduco primo hunc foro ceſſiſſe, bonaq; decoxiſſe, & occultaſſe, qua propter prærogatiua illa nobilitatis frui non debet. Ita expreſſe diſponitur. in. l. 3. in curijs de Sego.
